IN

NES

Latin

INSTITVTIONES GRAMMATICAE

Latinæ Nicolai Clenardi, per Ioannem Vasæum Brugensem auctæ & recognitæ.

Eiusdem præceptiones aliquot de ratione docendæ atque exercendæ linguæ Latinæ.

Et Ioannis Vasæi de Orthographia præceptiunculæ.

SALMANTICAE

Excudebat Ioannes Iunta.

CVM PRIVILEGIO Regio.

Esta tassado en marauedis.

EL REY.

POR quanto por parte de vos Alexando decanoua librero vezino dela ciudad de Salamanca nos fue hecha relacion, diziendo que vos heciſtes traer de Portugal aeſtos reinos vn libro de latin intitulado inſtitutiones Grammaticæ. Elqual era muy vtil y prouechoſo para los que eſtudian en Grámatica. Elqual queriades hazer corregir y emendar algunas faltas que tenia, y hazerle imprimir mejor delo que eſta: y porque enello auiades de gaſtar y hazer grá coſta por vueſtra parte nos fue ſuplicado, vos dieſſemos licencia y facultad para que por tiempo de diez años le pudieſſedes imprimir y véder, vos o quiẽ vueſtro poder ouieſſe, y no otros algũos o como la nueſtra merced fueſſe. Elqual viſto y eſaminado por los del nueſtro cõſejo, acatando lo ſuſo dicho: y por vos ha

zer bien y merced tuuimos lo por bien. Y por la presente vos damos licencia y facultad, para que vos o quien vuestro poder ouiere, podais imprimir y vẽder por tiempo de diez años cumplidos primeros siguiẽtes, que se cuentẽ desdel dia de la data desta nuestra cedula en adelante el dicho libro que de suso se haze mẽciõ durante elqual dicho tiempo mãdamos y defẽdemos, que persona algũa sin vuestra licencia no le pueda imprimir ni vẽder, sopena de pder todos los libros que dello ouieren imprimido, y mas de diez mil marauedis para nuestra camara cõ tãto que despues de impreso el dicho libro le traigais y presenteis ante los del nuestro consejo para que porellos visto se, tasse y modere el precio en que le aueis de vender. Y mãdamos a los del nuestro cõsejo presidente y oydores dela nuestra audiencia y alcaldes, alguaziles dela nuestra cassa y corte y chancilleria y a todos

loscorregidores, aſsiſtente, gouernadores alcaldes, y otras juſticias qualeſquier detodas las ciudades. villas y lugares de los nueſtros Reinos y ſeñorios, y acada vno y qualqer dellos, áſi alos que agora ſó como alos que ſerá de aqui a deláte q̃ vos guarden y cumplan, y hagan guardar y cumplir eſta nueſtra cedula y merced, que vos anſi hazemos: y que contra el tenor y forma della vos no vayan ni paſen, ni conſientan yr ni paſar por alguna manera: ſopena de la nueſtra merced y de diez mil marauedis para nueſtra camara. Fecha en valladolid a veynte y ſeis dias del mes de Febrero de mil y quiniẽtos y cinquenta y vn años.

MARIA REYNA

Por mandado de ſu mageſtad en ſu nombre.

Iuan vazquez.

IOANNES VASAEVS AVditoribus suis Salmanticensibus S. D. P.

POstquam mihi anno superiore Senatus huius Academiæ præclarissimæ, docendi uestri prouinciam tradidit auditores ornatissimi, eaque de causa ex Lusitania me post annos duodecim tam benigne reuocauit: nihil prius, nihil antiquius habui, quã uti Spartam hanc, quam nactus sum, quoad eius a me fieri posset, exornarem. Hoc ego quo studio, qua fide hactenus præstiterim, ipsi testes estis locupletissimi. Cæterum quum institutionis omne momentum a Grammaticis canonibus uelut cardine quodam pendeat, nec ad ullius rei summam ut ait Quintilianus, nisi præcedẽtibus initijs, perueniri possit, ac minora ista si negligamus, maioribus non sit locus, ne uel hac parte possitis quicquam in me desiderare: Nicolai Clenardi sacræ Theologiæ Licentiati Grammaticæ Latinæ institutiones ex tanto Grammaticorum aceruo potissimũ uobis prælegendas putaui, non quod Antonij Nebrissensis uiri undecunque doctissimi & de uniuersa Hispania optime meriti, aut aliorum gloriæ uel famæ quicquam delibatum uelim: sed quod eas perpetuo duodecim annorũ usu discipulis meis cum primis utileis fuerim expertus. Deinde consentaneum arbitratus sum, ut quãdo eius opera plerique omnes in Græcæ linguæ rudimentis percipiendis utuntur, ex eodem fonte Latini quoque præcepta sermonis haurirent. Qualem se illic præstiterit, iam toti Europæ tes-

ſtatiſſimum eſt. Quantis hic partibus ſeipſum uicerit, quo ordine, qua perſpicuitate, quam multa quanto compendio ſit complexus, quam multa prӕterea ex authorum obſerua tione atque adytis linguӕ Grӕcӕ deprompſerit alijs hac tenus intacta, uel me tacente, res ipſa loquetur. Eas ego recognitas, quod frequenter ab ipſo Clenardo adhuc ſuper ſtite rogatus ſum ut facerem, & non pœnitendo auctario locupletatas, nitidioribus characteribus excudendas in gra tiam ueſtram dare decreui, ut eſſent meӕ erga uos beneuo lentiӕ ſymbolum quoddam ac monumentum. Addidi uero eiuſdem authoris prӕceptiones aliquot de ratione docen dӕ atque exercendӕ linguӕ Latinӕ, quibus ſi diligenter u ſi fueritis, futurum ſpondeo, ut ſtudij ueſtri poſterius uos minime pœniteat. Poſtremo ne non officio meo per omnia ſatiſſacerem, ſubiunxi de orthographia prӕceptiunculas nonnullas, in quibus perſequutus ſum, non quӕ apud alios de antiquorum ſcribendi ratione ſpecioſa reperi: ſed quӕ ru dioribus, quorũ ego iuuãda ſtudia ſuſcepi, neceſſaria eſſe re ipſa deprehẽdi. Agite igitur adoleſcentes optimi, hoc mei erga uos animi qualecunque pignus hilari uultu accipite, & quando nihil uobis deeſt, non Senatus huius Academiӕ uigilantiſſimi in perquirẽdis profeſſoribus ſolicitudo, nõ prӕceptorum induſtria, non librorum optimorum copia, in hoc ſedulo remis uelisque, quod aiunt, incumbite, ne uos ipſi defuiſſe uobis uideamini. Valete. Datum Salman ticӕ ex Muſӕo noſtro. Pridie Calendas Octobris. Anno.

M. D. LI.

GEORGII COELII Lusitani Epigramma ad lectorem.

En tibi Castalidũ libro Clenard⁹ in vno
Felici innumeras arte recludit opes.
Qđ nisi præcipiti fata illũ morte tulissét,
In lucem nobis plura daturus erat.
Nũc iacet, heu pegre rapt⁹ florétib⁹ ánis,
Linguarũ & Sophiæ Pieridũq; dolor.
Attamen & multũ Vasæo lector amice
Debes, hác studiis cũ patefecit opem.
Et merita insigné donauit laude libellũ,
Et propriũ adiecit nõ mediocre dec⁹.
Qui quõdá eximiũ coluit viuẽtis honoré
Manibus æternum præstitit officium.

¶A b c d e f g h i k l m n
o p q r ꝛ ſ s t v u x y z.

Vocales quinque. Vocalis Græca.
a e i o u y

Conſonantes.
b c d f g h k L m n p q r ſ t x z.

Nunc vocales, nunc conſonantes
i iacio. u vanus.

Diphthongi quatuor.
æ œ au eu

ph valet f, diph dif.

Syllaba.
ba be bi bo bu. ab eb ib ob ub.

Dictio.
Literæ, vocales, quinque, græca, conſonantes, nunc, iacio, vanus, diphthongi, quatuor, valet, ſyllaba.

Oratio.
Præceptor docet diſcipulum.

	literis		ſyllaba.
E	ſyllabis	conſtat.	dictio.
	dictionibus		oratio.

¶Partes orationis octo
Nomen, pronomen, verbum, participium, præpositio, aduerbium, coniunctio, (interiectio.

¶Prima declinatio.

a	æ	æ	am	a	a
æ	arum	is	as	æ	is

Schola, ferula, bona, mala.

Casus sex.

Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

Numeri duo.

Singularis, Pluralis.

¶Secunda declinatio.

us	i	o	um	e	o
i	orum	is	os	i	is

Dominus, seruus, bonus, malus.

um	i	o	um	um	o
a	orum	is	a	a	is

Scamnum, lignum, bonum, malum.

Genera tria.

Masculinum, dominus, bonus, hic,
Fœmininum, schola, bona, hæc,

Neũtrũm, ſcamnum, bonũm, hoc.
Nomina neutra ſemper tres caſus habẽt ſimiles, nominatiuum, accuſatiuum, & vocatiuum.
Hi caſus plurali numero ſemper deſinũt (in a.

Nomen duplex.

Subſtantiuũ, vt dominꝰ, ferula, ſcamnũ.
Adiectiuum, vt bonus, bona, bonum.
Subſtantiuũ eſt, cui poteſt addi bonus, malus, magnus, paruus: vt equus eſt ſubſtãtiuum, quia dicimus, bonꝰ equus, malus equus, magnus equus, paruus equꝰ.
Adiectiuũ eſt, cui poteſt addi res, vt bonus, malus, quia dicimus, res bona, res (mala.

Adiectiua trium generum.

Maſ.	Fœ.	Neu.
Bonus	bona	bonum.
Malus	mala	malum.

Declinantur vt

Dominus	Schola	Scamnum.

Adiectiuum & ſubſtantiuum, concordant genere, numero & caſu.

Bonũs dominus, boni domini.
bona ſchola, bonæ ſcholæ.
bonum ſcamnum, boni ſcamni.

De ſubſtantiuo.

Quando duo ponuntur ſubſtantiua nomina, quæ ad diuerſa pertinent, alterum eſt genitiui caſus. Oculus domini.

Er non creſcens. Canon.

Er	ri	ro	rum	er	ro.
ri	rorum	ris	ros	ri	ris.

Age, arbiter, auſter, cancer, caper,
culter, coluber, faber, liber, magiſter,
Apher, ater, Cantaber, glaber, ludicer,
niger, pulcher, vafer, teter, ſiniſter.

Excipe Er creſcens.

Er	èri	èro	èrum	er	èro
eri	erorum	èris	èros	èri	èris.

Gener, puer, preſbyter, ſocer,
Adulter, aſper, cæter, exter, gibber,
lacer, liger, miſer, proſper, tener.
Liber liberi, non ſeruus, & Bacchus.

Et à gero & fero.

Clauiger,corniger,laniger,armiger,
Lucifer, opifer, ſignifer, ſomnifer.
Dexter dexteri vel dextri.
Nomen creſcit;quando genitiuus habet plures ſyllabas, quàm nominatiuus, vt puer pueri, gener generi.

Ir creſcens

ir ìri ìro ìrum ir íro
iri irorum ìris ìros ìri ìris.
Vir,ſemiuir,leuir,treuir.

Vr creſcens

ur ùri ùro ùrum ur ùro
ùri urorum ùris ùros ùri ùris,
Satur.

Adiectiua

Mas.	Fœ.	Neu.
	Er non creſcens.	
Niger	nigra	nigrum
	Er creſcens.	
Miſer	miſèra	miſèrum.
	Vr creſcens.	
Satur	ſatùra	ſatùrum.

Appendix.

Genitiuum in ius, datiuum in i, faciunt
vnus, vllus, nullus, vter, neuter, alius, al
ter, solus, & totus, súntque adiectiua, v-
ter, vtra, vtrum, vtríus, vtri.
Alter, altera, alterum, alterìus, altèri.
Alius, alia, aliud, alíus, i. longo, alii.
Hæc olim declinabantur perinde atq; re
liqua adiectiua in us & er, vt apud Teré-
tiũ. Nulli consilii, & in Heaut. Hoc alte-
Terminationes secũdæ (ræ dum narrat.
declinationis sũt quinq;, us, um, er, ir, ur.
Terminatio est dictionum finis.
Vocatiuus nominũ in us, est e, domine.
Sed deus, populus, chorus, & agnus etiá
casus sunt vocatiui.
Tamen Prudentius dixit, o dee Christe.
Propria nomina in ius abiiciũt us in vo-
catiuo. Antonius, Antoni.
Sic & appellatiuum filius, fili.
Proprium nomen est, quod vni tantũ cõ
uenit: appellatiuum, quod multis.

Præpositiones accusatiui casus.

Ad, apud, ante, aduersum, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, per, penes, pone, post, præter, prope, propter, secundũ, secus, supra, trans, vltra, vsq;, versus.

ad dominum. apud forum.

Ablatiui casus

a, ab, abs, cum, coram, clam. de, e, ex, præ, pro, palam, sine, absque, tenus.

A puero. ab ostio

Vtriusque casus.

In, Sub, Super, Subter.

Ascendit in cœlum. In vino veritas.

Præpositiones inseparabiles.

Di, dis, re, se, an, co, con.

¶ Tertia declinatio.

	is	i	em		e
es	um	ibus	es	es	ibus
a			a	a	

Nominatiuus varias habet terminationes, eíque similis est vocatiuus.
Ablatiuus, nunc i, nunc e & i.
Genitiuus pluralis. um. quandoque. ium, quandoque um. &. ium.
Neutra pluraliter efferuntur per a, interdum per ia.

A àtis àti a a àte
àta àtum àtibus àta àta atibus.

Dogma. Poëma, Scomma, Thema.
Omnia sunt neutra in ma, & Græca.

E is i e e i
ia ium ibus ia ia ibus

Cubile, conclaue, mare, ouile.

Adiectiua.

Dulce, triste, graue, leue.
Quando ablatiuus desinit in i, tum pluralis nominatiuus est ia, genitiuus ium.
Nomina in e sunt neutra, adiectiuorum autem masculinum & fœmininũ desinit in is. hic & hæc dulcis, hoc dulce.

O ónis oni onem o one

ones

ones onum onibus ones ones onibus.
Sermo,cerdo,helluo,latro, ligo, præco, prædo,pernio,titio,tyro, vdo, & cætera masculina.adde hæc vnèdo.

Fœminina in io

Concio,actio,auctio,contagio,factio, legio, mentio,natio,opinio, obliuio,ratio, regio,suspicio,& alia verbalia,
O ìnis ini inem o ine.
ìnes inum inibus ines ines inibus.
Cardo, ordo, turbo, Apollo, masculina.
virgo,homo,nemo,communia.
Margo,dubium.
Cõmune nomen est,quod in mares quadrat genere masculino,in fœminas genere fœminino,hic & hæc homo.
Dubium,quod nunc reperitur masculinum, nunc fœmininum.

Fœminina in do & go.

Arundo,capedo,cupido,crepído,formído,hirúndo,libído,testúdo,
Albúgo,ambágo,calígo, cõpágo, erúgo,

ferrúgo, fulígo, indágo, lanúgo, propágo, & multa item alia.
Nomia vero in. do. &. go. fœminina sũt, prætet sex masculina, cardo, cudo, harpago, ligo, ordo, vdo, & dubium margo.
Hæc caro carnis carnium. Apud. T. Liuium est carnis in nominatiuo.
hic Anio aniénis, nomen fluuii.
Hæc Nerio neriénis, vxor Martis.
Ac actis, lac lactis hoc.
Ec écis. halec, hæc aut hoc.
Id ídis. Dauid. hic.
Vd údis. Bogud. hic.
Al ális. hoc. ablatiuus i.
Animal, bidental, capital, ceruical, puteal, toral, tribunal, vectigal.
Al àlis, hic. ablatiuus e.
Sal, Hannibal, Hasdrubal, Hiempsal.
Olim sal neutrum erat, & sic vsurpatur in sacris codicibus.
El élis. hic.
Daniel, Gabriël, Michaël, Raphaël.

Sed mel mellis, fel fellis, neutra sunt.
Il ìlis, hic mugil.
Pugil & vigil communia sunt.
Ol ólis. hic sol.
Vl ùlis, consul, proconsul. hic.
præsul, exul, coëxul. hic & hæc.
An ánis. hic.
Titan, pan, pæan, azan, acarnan.
En ìnis. hoc.
Nomen, abdómen, bitúmen, exámen, flamen, flumen, fulmen, gluten, numen, lumen, & alia complura.

Cen à cano masculinum.

Cornicen, fidicen, tubicen, tibícen, oscen, lyricen, liticen, adde pecten.
En énis hic.
Ren, rien, splen, lien, lichen, attagen.
Sed hæc siren sirénis.
hic hymen hymènis, vnde hymenæus.
In ínis. hic delphin.
On ónis.
Agon, Babylon, Helicon, Sampson,

Simon, Sidon, Sinon, Solon.
On ònis,
Canon, dæmon, ſindon, icon.
On óntis.
Charon, Phaëton, biſon, phlegeton.
Nomina in on ſunt maſculina, præter hæc ſindon & icon.
Sunt autem ferme omnia Græca, ideoq; terminatio genitiui petẽda eſt à Græcis.
Ar ăris hoc. ablatiuus i.
Altar, calcar, cochlear, laquear, lupánar, ſpecúlar, torcúlar, puluínar.
Adde hic Nar, náris, ablatiuus nare.
Ar àris. ablatiuus e.
Nectar, iubar. baccar, Cæſar, lar, par, Boſtar, Hamilcar, geſtar, arar.
Hepar hepatis. Far farris gemino rr.
Finita in ar ſunt neutra, altar, nectar: Sed hic Cæſăr, lar, nar, arar: quia vt virorum, ſic deorum, & fluuiorum nomina ſunt maſculina.
Baccar fœmininum eſt, nomen herbæ,

Par ſubſtantiuũ eſt neutrum, vt par calceorum, paria amicorum.

Par adiectiuũ eſt omnis generis cum cõpoſitis, impar, compar, diſpar, & ſuppar apud Cicero. in Bruto. vt par ſcientia, id eſt, æqualis ſcientia.

ablatiuus e vel i. genitiuus ium.

Simplex nomen, vt par.

Compoſitum nomen vt compar, quia cõponitur e ſimplici nomine par, & præpoſitione inſeparabili con, verſo n in m. Siquidẽ litera n, ante bm & p cõuertitur in m, imberbis, immundus, imprudens.

Er ěris. Canon.

hic anſer, aſſer, aër, agger, æther, cancer, carcer, cucumer, later, paſſer, veſper.

hæc mulier, tuber arbor, nã hic tuber fructus, hoc tuber callus terræ & tumor.

hic & hæc degener, pauper, puber impuber, huber id eſt abundans.

hoc cadauer, cicer, lauer, laſer, piper, papauer, ſpinter, zinziber, ſiler, ſuber,

verber, acer arboc, huber mamma.

Er éris hic, græcum

Character, crater, clyster, panther, luter, prester, Iber, Soter, Stater, Sic hoc ver véris latinum.

Ter tris.

hic pater, frater, vter, accipiter. hæc mater, hæc vel hic linter.

Adiectiua in ber, cer, ter.

Celeber celebris, celebri. inceleber, saluber, insaluber, alacer, volucer, acer pro forti, campester. equester, pedester, syluester. Faciunt genitiuũ in bris, cris, tris: quorũ fœmininum in is, neutrũ in e, ablatiuus in i. adde celer, celeris, celere. hic imber bris. sic September, october, nouember, december.

Hoc iter, itineris. hic Iuppiter, Iouis: hic mulciber mulcibèris, vel mulcibris. Hic Iber ibéri, vt celtiber celtibęri secundæ, vel Iber ibéris tertiæ.

Sequester estra estrum, secundæ: vel hic sequester, hæc estris, hoc estre.

Nomina in er tam secundæ, quã tertiæ declinationis sunt masculina.

Fœminina sunt mulier, & tuber arbor.

Nam mulierũ & arborum nomina sunt fœminina. vt Glycerium, pyrus.

Neutra sunt cadauer, cicer, & reliqua supra posita.

Linter dubium, sed rectius fœmineum.

Communia degener cum cæteris, quæ tamẽ in quibusdam casibus etiam reperiuntur neutra: lis est de paupere regno.

Adiectiua trium generũ, & terminationum sunt illa in ber, cer, ter.

Adiectiuorũ autem aut est vna terminatio: hic hæc & hoc par, impar.
aut duæ, hic & hæc dulcis, hoc dulce.
aut tres, hic acer, hæc acris, hoc acre.

Ir iris. hæc vel hoc Gadir. hoc hir.
yr yris. hic et hæc martyr. hoc pyr.

Ir secũdæ declinationis est masculinum,

vir,leuir,triumuir,decemuir.
Ir tertiæ neutrum hir.gadir dubium.
yr græcum eſt, vnũ commune, martyr.
alterum neutrum pyr.

Or óris hic.

Amor, candor, decor, dolor, fulgor, fragor, mœror, rumor, ſplẽdor,timor, tumor,vapor,& alia quam plurima.
Author, actor, amator, auditor, doctor, lector, pictor, ſcriptor, & innumera finita in tor.
hæc ſoror,vxor.
hic & hæc doctior, albior, nigrior, pulchrior, turpior, ſenior, iunior, & cætera comparatiua.
Quorũ neutrũ in us,hoc doctius doctioris.Semper autẽ neutra adiectiuorũ habent eundẽ genitiuum cum maſculino.

Gradus comparationis tres.

Poſitiuus,vt doctus.
Comparatiuus,vt doctior.
ſuperlatiuus,vt Doctiſſimus.

Positiuus est quoduis adiectiuum.

Comparatiuus & superlatiuus, fiunt à casu, qui desinit in i, addẽdo or, & ssimus doctus, doctior, id est magis doctus, doctissimus, id est maxime doctus. sed et accipit rimus, acer acrior acerrimus.

Comparatiuus regit ablatiuum, vt candidior cygno, id est, q̃ cygnus.

Superlatiuus regit genitiuum pluralem, vt doctissimus discipulorum.

Or ŏris

hic rhetor, castor, hector, nestor.

hæc arbor, hoc æquor, marmor.

Adiectiua

Hic hæc & hoc memor, immemor, dedecor, indecor, bicorpor, tricorpor, quæ sunt composita à decus, & corpus. hoc cor cordis cordium,

Hoc ador indeclinabile tradunt grãmatici: legitur tamen genitiuus adoris, nũc o longo, nunc o breui.

Nomina in or sunt masculina, præter

hæc arbor, ſoror, vxor.
hoc cor, ador, æquor, marmor.
Adiectiua ſuo iure ſunt omnis generis.
Vr ùris.
hoc guttur, murmur, ſulphur, Tybur.
hic vultur, turtur, furfur, Aſtur.
hic et hæc augur, Ligur.
hic, hæc & hoc cicur.
Vr úris.
hic & hæc fur, trifur.
Vr òris hoc.
Ebur, femur, iecur, robur.
As átis.
hæc facultas, ſimultas, vetuſtas.
bonitas, benignitas, charitas, caſtitas, prauitas, probitas, vaſtitas, vanitas, docilitas, grauitas, facilitas, lenitas, leuitas, mediocritas, vtilitas, & talia ſubſtantiua facta ab adiectiuis.
hic Mecœnas viri nomen.
Adiectiua trium generum.
Cuias, noſtras, veſtras, Arpinas.

Aquinas, fidenas, rauennas.

Adiectiua vero ferme habent in ablatō e & i. in genitiuo plurali ium.

hæc anas anatis a breui.

Cæterum superiora illa fœminina fiūt addendo casibus in i syllabā tas, bonus boni bonitas, lenis leni lenitas.

Porro substantiuorū, quæ ab adiectiuis deducuntur, sunt & aliæ terminationes, itia, ities, ia, itudo, edo, monia, vt amicus amicitia, mollis mollities, infamis infamia, fortis fortitudo, dulcis dulcedo, castus castimonia, quæ vsus docebit.

As adis et ados Græce.

Monas, trias, hebdomas, ogdoas, decas, chilias, lampas, dorcas, dipsas, Pallas, Cyclas, gymnas.

Omnia græca fæminina, præter hic arcas, & latinum hic vas vadis vadium.

As antis hic.

Gigas, bias, adamas, elephas, Atlas, Garamas, Calchas, Thoas.

hic mas maris marium.
hic as aſſis aſſium.
hoc fas & nefas non declinantur.
hoc vas váſis, pluraliter vaſa vaſorum ſecũdæ declinatióis, quia heteroclitũ eſt.
Heteroclita nomina ſũt, quæ vel mutát declinacionem, vt vas: vel genus, vt hoc cœlum cœli, pluraliter cœli cœlorũ, maſculinum, vt domini: vel vtrumq; vt hoc delitium, epulum, hæ dilitiæ, epulæ.

Es is non creſcens.

hæc apes, cædes, clades, cortes, fames, indoles, labes, lues, moles, nubes, proles, rupes, ſedes, ſepes, ſoboles, ſtrages, trudes, vulpes, quorũ genitiuus pluralis in iũ, præter ſoboles, & indoles.
hic Socrates, Iſocrates, Herodes, Ariſtoteles, Vlyſſes, Iordanes, Euphrates, & alia Græca nomina, propria virorum & fluuiorum.
hic verres verris verrium.
hic & hæc vates vatis vatum.

hoc hippomanes, cacoëthes.

Es ìtis.

hic Ames, cespes, fomes, gurges, limes, merges, palmes, poples, Satelles. stipes, termes, trames, tudes, veles.

hic & hæc cocles, eques, hospes, miles, antistes, a quo & hæc antistita.

hic hæc & hoc comes, diues, præstes, sospes, superstes. adde ales id est velox & alatus, alite equo. nam substantiuum hic aut hæc ales, id est auis.

Es étis

hæc quies, inquies, requies, quod etiá est quintæ. hic hæc hoc locuples, mansues. hic lebes, tapes, magnes, Cres, Chremes, Crates, Dares, Hermes. Thales, & alia multa Græca.

Es ętis.

hic aries, paries.

hæc abies, seges, teges.

hic & hæc indiges, interpres.

hic & hæc & hoc hebes, præpes, parpes, teres, veges.

Es èdis

hic pes, ſemipes, ſeſquipes. hæc compes.

Adiectiua à pes

Bipes, tripes, quadrupes, octipes, centipes, multipes, loripes, aëripes. æripes, cornipes, Sonipes.

Es édis

hæc merces. hic & hæc hæres.

Es ìdis deductum à ſedeo.

hic & hæc obſes, præſes.

hic hæc & hoc deſes reſes,

hæc Ceres cèreris.

hic præs prædis. hoc æs æris.

Is is gtũs ſimilis ntõ.

hæc auis, bilis bipennis, claſſis, clauis, conuallis, cratis, febris, nauis, noualis, ouis, peſtis, puppis, reſtis, ſecuris, ſitis, turris, tuſſis, vallis, veſtis, & multa item alia fœminina.

hic acynacis, aprilis, aqualis, axis, callis, cassis, caulis cenchris, collis, ensis, fascis, follis, fustis, mensis, orbis, piscis, postis, quintilis, sextilis, sotularis, torris, vectis, vermis, vnguis. & finita in nis amnis, crinis, funis, ignis, panis, penis. Sic ædilis, molaris, annalis, pugillaris cardinalis, officialis, consularis, riualis, natalis, maialis, patruelis, iugalis; quæ vel ad viros pertinēt, vel in eis intelligitur masculinum substantiuum.

Hic & hæc affinis, canis, ciuis, hostis, iuuenis, extorris, contubernalis, perduellis, testis, sodalis.

Hic aut hæc anguis, canalis, clunis, corbis, finis, torquis.

Adiectiua hic & hæc is, hoc e.

dulcis, tristis, grauis, leuis, bipennis, id est, duarū pēnarū, sed hæc bipennis: id est, securis: vt Tenedia bipēnis

Im acctũ,i abltõ.

Vis auis tuſſis, ſitis, araris, cucumis.

Em & im acctõ.

aqualis, bipennis, buris, clauis, febris, nauis, peluis, peſtis, puppis, ſecuris, torquis, turris.

ablatiuns e & i,pelue & pelui.

Adiectiua in is,in ablatiuo habent. i. tantum;dulcis dulci.

Genitiuus pluralis prædictorum nominum in is,eſt ium,auis auium.

At canis, panis, iuuenis, volucris, habent um,non ium,canum.

Is ìdis

hic lapis.

hæc cuſpis. vnde tricuſpis adiectiue. genitiuus tricuſpidis,ſic bicuſpis.

Is ítis itium

hic ſamnis,quiris,

hæc lis,hic & hæc dis;hoc dite.

Is èris,olim er èris.

hic vomis, cinis, puluis, at fœmininum

dixit Propertius puluis hetrusca, & Catullus acerba cinis.

hic cucumer cucumeris: & cucumis cucumis, cucumi.

hic & hæc puber puberis, impuber impuberis. vel hic & hæc pubis, vnde hic & hæc impubis, hoc impube.

Virgilius à puber, dixit neutro genere puberibus folijs.

Is ìnis, olim en ìnis.

hic pollis, sanguis, vnde hic & hæc, exanguis, hoc exangue non crescens, legem simplicis non seruat.

hic glis gliris glirium

hic semis semissis, id est, dimidium assis.

reliqua abasse composita non crescunt.

hic tressis, decussis, centussis.

Græca.

Is idis vel idos, accusatiuus em vel a.

hæc cassis, aspis, ægis, bolis,

hic Paris, Adonis, Daphnis.

Cassis cassidis, id est, galea. sed hic cassis

cassis, pluraliter casses, id est retia.

Is eos, accũs im vel in, abltũs i.

hæc poësis, hæresis, genesis, crasis,
quorũ genitiuus pluralis eon, hæréseon.

Is ínis, olim in inis.

hic delphis. hæc salamis.
Simois simoëntis, nomen fluuij.
Opois opoëntis, nomen vrbis,
quæ etiam desinunt in us vntis.

Os ŏtis.

hic nepos, monoceros, rhinoceros,
ægoceros. hæc cos, dos.
hic & hæc sacerdos.
Os ōtis. hic & hæc impos, compos,

Os óris.

hic flos, mos, ros, hæc glos.
Sic hic honos, vapos, colos, & similia,
quæ etiam desinunt in or.
hæc arbos vel arbor arboris o breui.
Hoc os óris orium. & hoc os ossis ossiũ
pro vario significato.
hoc chaos, melos, epos, indeclinabilia.

Os óis.

hic Tros Thos, Minos, heros.
hic & hæc custos custódis.
hic & hæc bos bouis, boum, bobus.

Vs òris

hoc corpus, decus, facinus, fœnus, frigus, litus, nemus, pectus, pignus, tempus, tergus. Hic lepus.

Vs óris

doctius, & alia cóparatiua neutra.

Vs èris

hoc acus, fœdus, funus, genus, glomus, holus, hulcus, latus, munus, onus, opus, pondus, rudus, scelus, sydus, vellus, Viscus, vulnus, hæc venus dea. Dearum enim nomina fœminina sunt. hic hæc & hoc vetus adiectiuum. Pignus & fœnus òris & èris secundum quosdam: sed rectius oris.

Vs útis

hæc iuuentus, salus, seruitus,

senectus, virtus.
Intercus intercùtis.u.breui adiectiuum, vnde intercutibus vitijs apud Gellium, & intercutibus stupris apud Catonem.

Vs úris

hoc crus, ius, plus, pus, rus, thus. hæc tellus, hic mus muris murium. hic & hæc ligus vel ligúr liguris.u.breui,

Vs údis

hæc incus, palus, subscus.

Vs uis

hic & hæc sus. hic aut hæc grus. hæc pecus pecùdis. hoc pecus pecòris.

Vs òdis græca.

hic tripus, œdipus, melampus.

Vs untis græca.

hæc hydrus, trapezus, amathus. Sipus, & alia locorum nomina.

Aus audis

hæc laus, fraus.

Bs bis

hæc trabs, plebs, ſcobs, vrbs.
hic chalybs, libs nomen vẽti. Sunt autẽ ventorum nomina maſculina.
hic Arabs, fœmininum Arabiſſa.
hic aut hæc ſcrobs.
hic & hæc cælebs cælibis per i.

Ls ltis.

Hæc puls pultis.

Ms mis.

hæc hyems hyèmis.

Ans antis.

hic quadrans, ſextans, dodrans.

Adiectiua omnis generis.

Elegans, petulans, amans, & alia participia primæ coniugationis, de quibus agemus poſtea. ablatiuus in e vel i. genitiuus um vel ium.
hæc glans glandis. ſic iuglans.
Animás, & ſi adiectiuũ ſit, quouis tamẽ genere capit̃ ſubſtátiue. quẽquá animantẽ, cæteras animantes, cætera animantia.
hic & hæc infans, ideſt, homo per ætatem

ſari neſcius.interdũ adiectiue pro infacũ
do & ineloquente.

Ens entis.

hic dens, triens, picens, ſerpens,
rudens, torrens, oriens, occidens,
bidens. tridens, videns in ſacris.
quæ maſculino genere capiuntur ſubſtá
tiue, quandoq; naturá retinent adiecti-
ui.torrens oratio, id eſt vehemens. tor-
rentia flumina.
hæc mens.hæc continens ſubſtantiue, p
terra,quæ non eſt inſula. bidés pro oue.
hic & hæc parens.cliens.

Adiectiua omnis generis.

Amens,demens,clemens,innocens,
potens,impotens,prudens, imprudens,
recens, docens, legens,audiens,
& alia trium coniugationum participia.
ablatiuus e vel i.genitiuus pluralis,
um.vel.ium.

Excipe

Quiens queuntis.

Nequiens nequeuntis.
Iens euntis. sic composita rediens redeũtis, abiens, exiens, & cætera.
Ambiens ambientis legem seruat.
hæc lens lentis, legumen.
hæc lens lendis, capitis vermiculus.
hic libripens libripendis.
hæc nefrens nefrendis.

Ons ontis.

hic fons, mons, pons.
hæc frons frontis, pars capitis.
hæc frons frondis, folium arboris.

Adiectiua omnis generis.

Sons, insons, bifrons.
effrons, quadrifrons.

Aps àpis

hæc daps, dapis, non est receptum in nominatiuo singulari.

Eps épis

hæc seps, idem quod sepes, sed hic seps nomen serpentis: vt vulnificus seps.

Eps ìpis.

hic manceps.
hic & hæc princeps, municeps.
hic aut hæc adeps, forceps.

Eps ipìtis a caput adiectiua.

Anceps, biceps, triceps, præceps.
hic auceps aucùpis.

Ips ìpis

hæc ſtips ſtipis, vel hæc ſtipis ſtipis.
hic Gryps gryphis per y longum & ph in genitiuo.
Stirps ſtirpis, pro origine & progenie eſt fœmininum, pro trunco & radice arboris dubium.

Ops ópis

hic Cyclops, hydrops.
hæc ops òpis o breui, dea terræ. ſic opis opem opes pro poteſtate & auxilio.
vnde adiectiuum inops inòpis.

Ars artis

hic Mars, hæc pars, ars.

Ers ertis, adiectiua.

Solers, iners, expers.

Ors ortis.

hic Mauors, hæc cohors, mors, ſors, vnde adiectiua, conſors, & exors.

Ors ordis adiectiua

concors, diſcors, excors, miſericors, ſocors, vecors, quæ ſunt compoſita à cor cordis.

Vt ìtis

hoc caput, occiput, ſynciput.

Ax ácis

hic thorax, limax, nycticorax, anthrax. hæc pax, fornax.

Adiectiua omnis generis.

Audax, edax, emax, contumax, fugax, furax, mendax, pertinax, vendax, ſalax, & conſimilia. ablatiuus. e. vel. i, genitiuus. ium. hæc fax facis a breui.

Græca.

Nunc ácis, hic Aiax aiácis. nunc àcis hic abax abàcis.

Ex ìcis. Canon.

hic apex, caudex, cimex, codex, culex, frutex, latex, murex, obex, podex, pollex, pulex, pumex, ramex, rumex, vertex, vortex, auſpex, haruſpex, & ſimilia.
hæc forfex, ilex, imbrex, pellex, vitex.
hic aut hæc cortex, ſilex.

Communia.

Index, iudex, vindex, artifex, carnifex, opifex, & huiuſmodi deducta a facio.
horum quædam pro maribus tãtum recepta ſunt, quorundam etiam ſignificatio adiectiue ſumitur, & neutris cõuenit, iudice bello.

Adiectiua.

Simplex, duplex, triplex, multiplex, ſupplex.
hæc vibex vibícis i longo.

Ex écis

hic verũex, myrmex.

hæc halex, pro quo quidã scribunt halec per c.

Ex ècis. υυ

Hic resex. hæc nex.
Hæc fæx fæcis, diphthõgo scribitur: omnis autẽ syllaba, quæ effertur diphthõgo suapte natura producitur.

Ex égis – υ

hic rex, prex. hæc lex: vnde adiectiua exlex, & illex:

Ex ègis. υυ

hic aquilex. hic grex: vnde adiectiua congrex, segrex,
hic remex remigis. i. breui.
hæc supellex supellectilis: pluraliter autẽ supellectilia neutrum.

Ix ícis – υ. Canon

hæc coturnix, lodix, radix, meretrix, obstetrix, fautrix, victrix, vltrix & cætera fœminina à masculinis in or, victor, victrix.
hic sandix, spadix, phœnix.

hic bombyx bombicis vermiculus.
hæc bombyx, materia, vnde fiunt vestes bombicinæ.

Adiectiua.

Felix, Infelix, pernix.
Cæterũ adiectiue capiũtur & illa in trix numero plurali, fœminino & neutro genere, vltrices furias, vltricia bella. victricia signa. sic & in singulari casibus obliquis. victricem dexterã, victrici solo. Obliqui casus dicuntur alij præter nominatiuum, qui vocatur rectus.

Ix ìcis. i. v

Hic calix, cilix, fornix, natrix, varix.
hæc coxẽdix, filix, histrix, larix, pix, salix.
Hic hæc & hoc illix adiectiuum.
Hic onyx onychis. sic sardonix per y, & ch in genitiuo.
Hæc nix niuis. i. breui, niuium.

Ix ìgis. i, v

Hic biturix, iapix, mastix ꝑ flagello: nã hæc mastix mastichis, est gummi arboris

lentiſci.
Hic phryx phrygis.
hæc ſtyx ſtygis.
Sunt & alia Græca in ix & yx, quorum genitiuus in gis, eorum exacta cognitio petenda eſt a Græcis.

Ox ócis. o –

Hæc vox, celox. Sic adiectiua Atrox, ferox, velox.

Ox ŏcis. ŏ υ

Hic cappădox. hic hæc & hoc præcox.
Hæc nox noctis noctium, vnde pernox: hic Allobrox allobrŏgis o breui.

Vx úcis. u –

Hic pollux, hæc lux,

Vx úcis. u υ

Hæc nux, crux, hic tradux.
hic & hæc dux, redux, irredux.
Hic hæc & hoc trux.

Lx nx rx

Finita in. lx. nx. rx. vertunt. x. in cis, cium.
Hæc calx, lapis coctus.

hic aut hæc calx, pars pedis posterior.
hæc falx, lanx, arx, merx.
Hic quincunx, septunx, deunx.
hic aut hæc lynx lyncis lyncum:

Nx ngis.

Hæc phalanx, sphinx, syrinx, & alia quædam Græca.
Hic & hæc cõiunx cõiugis. sic subiunx & iniunx.
Ablatiuum in. i. faciunt mensiũ nomina Aprilis, Quintilis, Sextilis, September, October, Nouember, December. Sic & neutra in e, al, ar, & adiectiua quorum neutrum in e, vt mare, animal, cochlear, syluester, dulcis.
Excipe gausape, præsépe, præneste, soracte, far, hepar, iubar, nectar.
Dis, rudis, volucris, substantiua cũ sunt, habent e. alioqui faciunt i.
I & e formant pugil, vigil, imber.
amnis, anguis, auis, canalis.
ciuis, classis, clauis, familiáris.

finis, fuſtis, ignis, nauis,
neptis, poſtis, ſodalis, ſtrigìlis,
vectis, vnguis, tridens, ſupellex.
Adde riuális & annàlis.
Sic adiectiua, quorum neutrum nó deſinit in e. impar, doctior, docti9, memor, arpinas, cópos, vetus, elegans & cætera.
Plus comparatiuum pluri non plure:
Fœminina in trix, quia naturam tenent adiectiuorũ, etiam gaudent e & i. victrice & victrici.
Pluraliter neutra in ia, quando ablatiu9 deſinit in i, aut e & i. maria, dulcia, amantia, felicia, & conſimilia.
Excipe vetera, & comparatiua, doctiora.
Apluſtre facit apluſtra & apluſtria.
Genitiuus ium, ſi ablatiuus i, aut e & i. marium, dulcium, audacium, felicium.
Excipe pugil, vigil, memor, diues, inops, conſors, ſtrigilis, vetus, artifex, opifex, ſupplex.
Particeps, municeps, & ſimilia, quæ ſi-

unt à verbo capio.
& comparatiua, doctior, doctius, præter plus pluri plurium.
Ium habent linter, vter, dos, cohors.
& monoſyllaba, id eſt, nomina vnius ſyllabæ in bs, ls, ns, ps, rs, lx, nx, rx, trabs, puls, mẽs, daps, ars, calx, lanx, arx: ſed ops opum.
Polyſyllaba, id eſt plurium ſyllabarum nomina in ns, habent ium, & um per ſyncopen, parentium & parentum: ſic cohortum, apum, pro ium.
Syncope eſt ablatio literæ vel ſyllabæ de medio dictionis, audaciter audacter.
Accuſatiuus in quibuſdã nominibus deſinit in is, omnis, partis, tris, ouis.
Id ferme ſcribũt per Græcam diphthongum ei, quæ ſonat i, omneis.
At Sardis & Trallis, oppidorũ nomina, in nominatiuo quoq; ſolũ per is ſcribuntur: nuſquam per es.
Datiuus & ablatiuus in ibus: vt aroma-

tibus myrrhæ & thuris, in ſacris:
Nam quod his caſibus legit ſophiſmàtis, poëmàtis, epigrammàtis, dogmàtis, id fit velut à nominibus ſecũdæ declinationis in um.
Siquidem à Græcis tertiæ declinationis proficiſcũtur latina primæ vel ſecundæ, hic elephas elephátis, elephátus elephanti. hæc lampas lampàdis, lápada lápadæ. Sic hoc ſophiſma ſophiſmatis, vel ſophiſmatũ ſophiſmati. nominatiuus receptus eſt in tertia, datiuus pluralis in ſecunda. Cæterum Græcorũ ſingularis genitiuus eſt os, accuſatiuus a. Genitiuus pluralis on, accuſatiuus. as.
A bos bobus & etiam bubus.

¶ Quarta declinatio.

Vs us ui um us u.
us uum ibus us us ibus.

Hic auditus, æſtus, caſus, commeatus, cenſus, cultus, fructus, fletus, guſtus, gradus, ictus, luxus,

luctus, magistratus, metus, motus, odoratus, olfactus, partus, quæstus, ritus, ructus, saltus, senatus. sensus, tactus, visus, vultus.
Et alia multa ferme verbalia.
Verbale nomē est, quod deducitur à verbo. auditus ab audio.
Hæc anus, colus, nurus, socrus, quercus, acus, domus, manus, porticus, tribus.

V	u	u	u	u	u
ua	uum	ìbus	ua	ua	ibus

Hoc cornu, genu, veru,
paucula hæc neutra sūt, qnæ singulariter non declinantur.
Genitiuus, ornati & tumulti, p ornatus & tumultus. interdum enim nomina varias sortiuntur declinationes.
Olim uis pro us, anuis pro anus.
Datiuus aspectu, concubitu, apud Virgilium pro aspectui, concubitui.
Pluralis genitiuus apud eundē synco-

pen patitur, currum pro curruum,
Datiuum & ablatiuum faciunt in ubus,
acus, arcus, artus, ficus,
lacus, partus, portus, quercus,
ſpecus. tribus, veru. addunt
queſtus pro querela.

¶ Quinta declinatio.

es éi éi em es e
es érum ébus es es ébus.

Dies. hæc cæſaries, caries, colluuies,
dúrities, effigies, facies, fides.
ingluuies, mollities, materies, macies,
pernicies, progenies, pluuies, res,
ſpes, ſegnities, ſæuities, ſpecies.
& reliqua omnia fœminina præter
hic aut hæc dies, at pluraliter dies tantũ
maſculinum, hic meridies.
Genitiuus & datiuus éi longum, præter
ſpèi rèi & fidèi.

Plurali numero, vix reperiuntur
Genitiuus Datiuus & Ablatiuus

nisi in duobus,res & dies.
Ambo & duo pluralia,sic declinantur.

o	orum	obus	os vel o , o	obus
æ	arum	abus	as	æ abus
o	orum	obus	o	o obus

Abus habent & hæc,dea,equa, filia, nata, mula, liberta.

Quis vel qui		qué	quo
quæ	cuius,cui,	quam	qua
quod vel quid		quod	quo

Qui	quorum		quos	
quæ	quarũ,	qbus,	quas,	quib9
quæ	quorum		quæ	

Quis interrogatiuum est,qui relatiuum Quod adiectiuum,quid substantiuum. Quáquá apud Ciceroné, Liuiũ & alios frequenter qui ponitur interrogatiue. Quis pro quibus apud poëtas. Cóposita sũt quisquis, quisná , quispiá, quisquam,quidam,quiuis, quicunque, quilibet. Aliquis ; ecquis, nequis , nunquis,siquis.

Et

Et hæc quinque postrema, pro quæ habent qua, aliqua, ecqua, & cætera.
Apud Ciceronē, lib, 2, de inuētione Rhetorica, aliquoties est ecquæ pro ecqua.
Ablatiuo, qui pro quo vel qua.

Domus duarum declinationum.

vs us vel i ui um us o
vs orū vel uū ibus os vel vs us ibus.

Horatius quoque in epistolis datiuū posuit domo. Ponendáque domo quærēda est area primum.

Pronomina Primæ personæ

Ego mei mihi & mi me me
nos nostrum nobis nos nobis
et nostri.

Secundæ

Tu tui tibi te tu te
vos vestrum vobis vos vos vobis.
& vestri

Tertiæ vtriusque numeri.

Sui sibi se se

Caret nto & vocatiuo.

Ille			illum	illo
illa	illius	illi	illam	illa
illud			illud	illo
Illi	illorum		illos	
illæ	illarum	illis	illas	illis
illa	illorum		illa	

Sic iſte iſta iſtud, & ipſe ipſa ipſum, non ipſud.

Hic			hunc	hoc
hæc	huius	huic	hanc	hac
hoc			hoc	hoc
Hi	horum		hos	
hæ	harum	his	has	his
hæc	horum		hæc	
Is			eum	eo
ea	eius	ei	eam	ea
id			id	eo
Ei	eorum		eos	
eæ	earum	eis	eas	eis
ea	eorum		ea	
Idem			eundem	eodem
eàdem	eiuſdē	eidē	eandem	eādem

idem idem eodem
Eidem eorundē eoſdem
eædem earūdē eiſdē eaſdem eiſdem
eàdem eorūdē eàdem
In plurali, ei eis eidem eiſdem, vel ii iis iidem iiſdem.
Pronomina ſunt quindecim
Primitiua octo, ego, tu, ſui, ille, iſte, ipſe, hic, is.
Deriuatiua ſeptem, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras.
Quatuor tantum habent vocatiuum, tu, meus, noſter, noſtras.
Meus vocatiuum facit mi.
Ad nomen cuius cuia cuium reſpondet meus, tuus, ſuus, noſter, veſter.
Ad cuias autem, noſtras veſtras.

¶ Verbum actiuum
Indicatiuus.
Præſens.

Amo amas amat
amámus amátis amant

Personæ tres

Prima. vt amo, amámus
Secũda. vt amas, amátis.
Tertia vt amat, amant.

Numeri duo

Singularis, amo. pluralis, amámus.
Ego & nos sũt primæ personæ: tu & vos secundæ.
Reliqui omnes nominatiui tertiæ.
Verbum & nominatiuus concordãt numero & persona.

Ego amo, nos amámus.
Tu amas, vos amátis
Ille amat, illi amant.

Imperfectum

Amábam amábas amábat
amabámus amabátis amábant.

Perfectum

Amáui amauisti amáuit.
amáuimus amauistis amauérunt

Plusquam perfectum.

Amáueram, amáueras, amáuerat,

amauerámus amauerátis, amauerát.

Futurum.

Amábo, amábis, amábit;
amábimus, amábitis, amábunt.

Tempora quinque.

Præſens, imperfectum, perfectum,
pluſquam perfectum, futurum.

Imperatiuus præſens

Ama, amet,
amémus, amáte, ament.

Futurum.

Amáto, amáto,
amémus, amatóte, amanto.

Imperatiuus in ſingulari numero caret
prima perſona.
Et habet ſolum præſens & futurum.

Optatiuus Præſ.& imperf.

Amárem amáres amáret
amarémus, amarétis amárent.

Perfectum & pluſquam perfectum.

Amauiſſem, amauiſſes, amauiſſet.

amauissémus,amauissétis,amauissent.

Futurum

Amem ames amet
amémus amétis ament

Subiunctiuus.præsens.

Amem ames amet
amémus amétis ament

Imperfectum

Amárem, amáres amáret,
amarémus amarétis amárent.

Perfectum

Amáuerim amáueris, amáuerit,
amauerìmus, amauerìtis, amáuerint.

Plusquam perfectum

Amauissem amauisses, amauisset.
amauissémus, amauissétis, amauissent.

Futurum.

Amáuero amáueris amáuerit.
amauerìmus amauerìtis amáuerint.

In subiunctiuo præsens est idem cum futuro optatiui,imperfectum cum præsenti optatiui, plusquam perfectum idé cũ

perfecto optatiui.
Perfectum & futurum subiunctiui modi voce consentiunt, excepta prima persona, rim & ro.

Infinitiuus præsens & imperf.

Amáre.
Perfectum & plusquam perfectum.
Amauisse.

Futurum

Amátum ire vel amatúrum esse.
In optatiuo & infinitiuo vox eadem est præsentis & imperfecti; sic perfecti & plusquam perfecti.
Infinitiuus vtrique seruit numero, & personis omnibus.

Modi quinque.

Indicatiuus, Imperatiuus, Optatiuus, Subiunctiuus, Infinitiuus.
Quatuor primi dicuntur modi finiti, quintus infinitus.
Modi finiti postulant á fronte nominatiuum, aut expressum, ego amo: aut intel-

lectum, amo nempe ego.
Infinitiuus vero ante se casum exigit accusatiuum.
puto adolescentem amare, hoc est, puto, quod adolescens amat, conuerso casu accusatiuo in nominatiuũ, & modo infinito in modum finitum.

Gerundia tria

Amandi, amando, amandum

Supina duo.

Amatum, amátu

Participia duo.

Præsens, amans: futurum, amatúrus.

Canon.

Verba primæ cõiugationis in præterito perfecto habent áui, in supino átum.
Amo amáui amátum. Sic & baiulo, clamo, dãno, equito, fatigo, gesto, habito, ieiuno, libero, mũdo, nego, oro, ploro, quærito, rogo, salto, vitillo, vsurpo, & itẽ alia innumera cum compositis, adàmo adamáui

adamátum, déamo.
Composita verba fiũt adminiculo harũ præpositionum.
Ad, ante, circum, inter, ob, p, post, præter, trás, A, ab, abs, de, e, ex, præ, pro,
In, sub, super, subter,
Di, dis, re, se, an, co, con.
Crebro vero ratione compositionis vna litera migrat in aliam.
damno condemno.

Exceptio.

Septem verba habent ui itũ. Cubo, crepo, domo, plico, sono, tono, veto.
Cubo cubui cubitũ. accũbo accubui accubitũ, de, in, occũbo, pro, re, se, sucũbo.
Crepo crepui crepitũ. cócrepo, dis, in, p.
Domo domui domitum, édomo, per.
Plico plicui plicitum, applico, complico, dis, ex, implico, re.
Sono sonui sonitum, adsono, con, dis, in, per, re.
Tono tonui tonitũ, attono, con, in, p, de.

Veto vetui vetìtum.
Prædicta verba, nõnũquã faciũt aui atũ. discrepauit, personauit, resonauit, explicatum, implicatum.
At compositũ supplìco, & ex nominibus composita, semper áui ãtum: multiplico, duplico, triplico, & consimilia.
Frico fricui frictũ, raro fricatũ, affrìco, con, de, in, per, re.
Neco necui nectum, vel necaui necãtũ, enèco, inter, per.
Seco sècui sectum, olim secãtum, cõseco, de, dis, inter, per, præ.
Nexo nexui nexum.
Mico micui sine supino, dimìco, e, inter, pro. Etiam dimico aui atum
Iauo laui lotum lautũ & làuátũ.
Potò potaui potatũ, & sæpius potum.
Iuuo iùui iùtũ, adiùuo, adiúui, adiútũ.
Sto stèti stàtũ. cõposita stìti stìtum. adsto, adstìti, adstìtũ, ante, con, di, ex, in, ob, per, præ, pro, re, sub.

Do dèdi, dàtum, circũdo, circũdèdi, circundàtũ, pessundo, satisdo, venundo.
Hoc verbum cõtra legẽ habet a breue in primo incremẽto: circũdàbã, circundàbo, circundàrem, circũdàre & cæt.
Incremẽtũ est, vbi exceditur secũda persona thematis actiui, amo amas amábã, amáui, amaueram, & cæt.
Vocalis vltima secundæ illius personæ est in primo incremento, reliquæ in secũdo, amabátis, amauerámus, & cæt.
A præsenti proficiscitur præsens, imperfectum, futurũ, excepto subiunctiuo, & gerundium. cubo, cubábam, cubábo, cuba, cubáto, cubárem, cubem, cubáre, cubandi, cubans.
A perfecto fit perfectũ, plusq̃ perfectum, & futurũ subiũctiui, i, eram, issem, erim, issem, ero, isse. cubui, cubuerã, cubuissẽ, cubuerim, cubuissem, cubuero, cubuisse.
A supino fit futurũ infinitiui, & futurũ participii in rus.

cubitum, cubitum ire, vel cubiturũ esse, cubiturus.
A supino etiam fiunt verbalia fœminina in io tertiæ declinationis, & in us masculina quartæ, dubitatum, hæc dubitatio. ploratum, hic ploratus. & in tor ac trix. vt orator, victrix.

Verbum substantiuum.

Indicatiuus

Sum	es	est.
sumus	estis	sunt.
Eram	eras	erat
eramus	eratis	erant.
Fui	fuisti	fuit
fuimus	fuistis	fuerunt.
Fueram	fueras	fuerat
fuerámus	fuerátis	fuerant.
Ero	eris	erit
erimus	eritis	erunt.

Imperatiuus.

	Sis vel es	sit
simus	este	sint.

	Esto	esto
simus	estóte	sunto.

Optatiuus

Essem	esses	esset
essemus	essetis	essent.
Fuissem	fuisses	fuisset
fuissemus	fuissetis	fuissent,
Sim	sis	sit
simus	sitis	sint.

Subiunctiuus

Sim, vt optatiuus.
Essem, vt optatiuus
Fuerim fueris fuerit
fuerìmus fuerìtis fuerint.
Fuissem, vt optatiuus.
Fuero fueris, vt perfectum.

Infinitiuus

Esse, fuisse, fore vel futurum esse.

Participia.

Ens apud philosophos. Futurus.
Verbum substãtiuum vtrinq; regit nominatiuum, deus est iustus,

Verbum passiuum

Indicatiuus.

Amor	amáris	amátur
amámur	amámini	amántur.
Amábar	amabáris	amabàtur
amabámur	amabémini	amabátur.
Amatus	sum es	est
Amati	sumus estis	sunt,

vel amatus fui, amati fuimus.

Perfectum & tẽpora ab eo deducta, fiunt periphrasi, capiẽdo participiũ præteritum & verbum substantiuum.

In præterito perfecto passiui, capimus præsens aut perfectum verbi sum.

In plusquam perfecto autem, imperfectum aut plusquam perfectum.

In futuro subiunctiui, futurũ indicatiui & subiũnctiui.

Periphrasis est, cum pro vna voce ponimus plures. Seruabis autem genus & numerum, amatus est frater, amatæ sunt sorores.

Plusqũam perfec. Amatus eram eras erat vel amatus fueram.

Amábor amáberis amábitur

amabimur amabímini amabũtur.

Imperatiuus

Amáre ametur

amémur amámini amentur

Amátor amátor

amémur amáminor amantor.

Optatiuus

Amárer amaréris amarétur

amarémur amarémini amarentur.

Amatus essem vel fuissem

Amer améris amétur

amémur amémini amentur.

Subiunctiuus

Amer vt optatíuus.

Amárer vt optatíuus.

Amatus sim vel fuerim.

Amatus essem vel fuissem.

Amatus ero vel fuero.

Infinitiuus.

Amari, amatum esse vel fuisse.
amatum iri, vel amandum esse.

Participia

Præteritum amatus. Futurũ amandus.
Personæ passiuæ in ris etiam desinunt in re, amare, amabáre, pro amaris, amabaris.

Genera verborum quinque
Actiuum, Passiuum, Neutrum, Deponens, Commune.
Actiui generis verbum est, quod desinit in o, & actioné significat, regitq; casum accusatiuum.
Verbero discipulum.
Passiui generis verbum est, quod desinit in or, & passionem significat, semperq; fit ab actiuo: casum autem postulat ablatiuũ interuentu præpositionis a vel ab.
Verberor à præceptore.
Oratio actiua fit passiua, conuersis & permutatis inter se se casibus.
præceptor verberat discipulũ, discipulus verberatur

verberatur à præceptore.
Nominatiuus in oratione actiua dicitur persona agens, accusatiuus autem persona patiens.
Cõtra in oratione passiua nominatiuus est persona patiens, abltũs persona agẽs.
Persona agens, quod agat quippiam, patiens, quod patiatur.
Neutrũ verbum est, quod in. o. desinit, nec facit passiuũ in or, nec regit acctũm personæ patiẽtis, vt sto: nõ enim dicim⁹ sto terram, aut pedẽ, nec dicitur stor.
Deponens est, quod in or desinit, non in o, vt furor, venor, imitor, testor, glorior, & consimilia: nec enim dicimus, furo, veno, imito,
Communeverbũest, quodin. or. desinit, non ino, perinde atq; de ponens, verum significat nunc actiue regẽdo accusatiuũ nunc passiue ablatiuum, more passiuorum.
Osculor matrem, actiue.

Osculor à matre, passiue.
Sic hospitor, hortor, criminor, & pauca quædam alia.
Supina deponentium & communium fiunt fingẽdo vocem actiuã: vt furor furatum, osculor osculatũm, perinde quasi diceremus, furo furaui furatum, osculo aui atum.
deponens & commune cõiugãtur eodem pacto, quo & passiua.
Cæterũ in futuro infinitiui, deponẽtia & communia significationis actiuæ ponũt ire cũ supino, vel esse cum futuro in rus furatũ ire; vel furaturũ esse, osculatũ ire vel osculaturum esse.
Cõmunia vero habẽt vtrũque futurũ actiuũ & passiuũ, osculatũ ire vel osculaturũ esse: & osculatũ iri vel osculãdũ esse.

Gerundia,

Gerũdia indi gaudẽt istiusmodi nominibus substantiuis.
causa, occasio, tempus, hora,

opportunitas, amor, desyderium, locus, ratio, gratia, copia, ars, potestas, mos, consuetudo, venia voluntas, cupido, libido, auiditas, licentia, libertas, & consimilibus rem incorpoream significantibus.

Tempus arandi, hora cœnandi.

Gerundia in do iungũtur præpositionibus in, de, a, ab, ex, cum.

Gerundia in dum petunt præpositiones ad, inter, ob, propter.

Supina.

Supina in. um. postulant verbũ motus ad locum: abeo cœnatum.

Supina in. u, adhærent adiectiuis, & capiuntur passiue, difficile negatu, id est, quod negetur.

Participia.

Participiorum tria sunt tempora.

Præsens, Præteritum, Futurum partim in rus, partim in dus.

Præsens fit ab imperfecto, cõuerso bam

vel bar in ns.
Amabam amans, furabar furans.
Excipiũtur iens ab ibá, & quiẽs à quibá.
Præteritum à supino, amatum amatus.
Futurũ in rus ab eodẽ, amatũ amaturus.
Futurũ in dus ab imperfecto migrante bar in ndus, amabar amandus.
Ab actiuo fit præsens & futurum in rus. amo amans amaturus.
A passiuo, præteritum & futurũ in dus, amor amatus amandus.
A neutro, præsens & futurum in rus, sto stans staturus.
A deponenti præsens, præteritum, & futurũ in rus, furor, furás, furatꝰ, furaturꝰ,
A cõmuni præsens præteritum, & vtrũ ꝙ futurum osculor, osculans, osculatus, osculaturus, osculandus.
Si verbum careat supino, desiderantur participia, quæ à supino deducũtur, exẽplum est mico.

Significatio participiorum.

Actiuorum participia significāt actiue, amo, amans, amaturus deum, id est, qui amat, qui amabit deum.
Passiuorum, passiue: amor, amatus, amandus à deo, id est, qui amatus est, qui amabitur à deo.
Neutrorum, neutraliter. sto, stans, staturus, qui stat, qui stabit sine casu.
Semper autē expositio fit per relatiuum & verbum eiusdem temporis.
Deponentia verba, & si in or. desinant, significationem tamen obtinēt, nunc actiuam, furor pecuniam: nunc neutram, lætor, citra casum more neutrorum.
Itaque deponentiū participia nunc actiue capiuntur, furans, furatus, furaturus pecuniam: nūc neutraliter, lætans, lætatus, lætaturus, sine casu.
Communis verbi participium præsens & futurum in rus, capiuntur actiue. osculas & osculaturus matrem: futurū in dus passiue, osculandus à matre. præteritum

& actiue osculatus matrem, & passiue, osculatus à matre.

¶ Secunda coniugatio desinit in eo.

Verbum actiuum

Indicatiuus.

Doceo	doces	docet
docémus	docétis	docent.
Docébam	docébas	docébat
docebámus	docebátis	docébant.
Docui	docuisti	docuit
docuimus	docuistis	docuérunt.
Docuèram,	docuèras	docuèrat
docuerámus	docuerátis	docuerant.
Docébo	docébis	docébit.
docébimus	docébitis	docébunt,

Imperatiuus.

	Doce	doceat
doceámus	docéte	doceant.
	Docéto	docéto
doceámus	docetóte	docento.

Optatiuus.

Docérem	docéres	docéret

docerémus docerétis docerént.
Docuissem docuisses docuisset.
docuissémus docuissétis docuissent.
Doceam doceas doceat
doceámus doceátis doceant.

Subiunctiuus.

Doceam, vt optatiuus.
Docérem, vt optatiuus.
Docuèrim docuèris docuèrit
docuérimus docuéritis docúerint,
Docuissem, vt optatiuus.
Docuèro docueris, vt perfectum.

Infinitiuus.

Docere, docuisse, doctū ire vel docturū esse.
Gerundia, docendi, docendo, docēdum.
Supina, doctum, doctu.
Participia, docens, docturus.

Canon

Verba secūdæ cōiugationis in præterito habent ui, in supino. itum. i. breui.
Habeo habui habitum, adhibeo, co, per,

in,ex,ſed poſthabeo ſeruata.
Sic præbeo,debeo,arceo exerceo,co.
Terreo,ex,de,per,& cætera.

Excipe.

Doceo docui doctum,dedoceo, e,per.
Teneo tenui tentum,abſtineo abſtinui
abſtentum,con,de,dis,ob,re,ſuſtineo.
Pateo patui paſſum.
Miſceo miſcui miſtum,ad,cõmiſceo,im-
miſceo,inter,per,pro.
Torreo torrui toſtum.
Cenſeo cẽſui cenſum,re,ſuccenſeo , per.

Lex neutrorum

Neutra quæ in præterito habẽt ui,carẽt
ſupinis.
Albeo,calleo,egeo,indigeo,floreo,
Hebeo,iaceo,liqueo,madeo,nigreo,
palleo,rubeo,ſtudeo,tabeo, vileo,
& ſic alia præterea quàm plurima.
Adde actiuũ timeo timui,ſine ſupino.

Exceptio

Quædam tamen neutra habent ſupina,

Valeo valui valitum.
Noceo nocui nocitum. Sic sequentia
Placeo, displiceo per i, complaceo, perplaceo, per a. Doleo, cõ, de, in, per. Taceo, cõticeo, ob, re, sub. Lateo, deliteo. Pareo appareo, com, dis. Caleo, con, in.
Careo carui caritum & cassum.

Beo

Iubeo iussi iussum.
Sorbeo, sorpsi, sorptũ, vel sorbui, sorbitum, absorbeo, exorbeo, re.

Ceo

Mulceo mulsi mulsũ, & mulxi mulctũ, demulceo, permulceo.
Luceo luxi luctũ, alluceo, col, e, præ, pel.

Deo. di. sum,

Video vidi visũ, inuìdeo, per, præ, pro.
Sedeo sedi sessũ, assídeo assédi assessum, con, de, dis, in, ob, possideo, præ: sed supersedeo seruat. e. breue.
Prandeo prandi pransum.
Strideo stridi sine supino.

Geminantia.

Mordeo momordi morſum, admordeo admordi, im, præ, re.

Compoſita verborum geminantiũ non geminant principium præteriti.

Pendeo pependi penſum, impẽdeo, pro.

Spondeo ſpopondi, non ſpoſpondi, ſpo ſum, de, re.

Tondeo totondi tonſum, attondeo, de.

Deo. ſi. ſum.

Suadeo ſuáſi ſuáſum, dis, per.

Rideo riſi riſum, arrideo, de, ir, ſub.

Ardeo arſi arſum, ex, per, in, redardeo per d, non reardeo.

Nideo & renideo ſine præterito.

Quæ carent præterito, carent ſupino.

Geo ſi ſum.

Tergeo, terſi, terſum, abſtergeo, de ex.

Mulgeo mulſi mulſum, & mulxi mul-ctum, e, immulgeo.

Indulgeo indulſi idulſũ, & ſæpi⁹ idultũ.

Carent ſupinis.

Algeo alsi, fulgeo fulsi, affulgeo ef, p̃ re.
Vrgeo vrsi, Turgeo tursi, de, ob.

Geo. xi. ctum.

Augeo auxi auctum, adaugeo, ex.
Lugeo luxi luctum, elugeo.
Frigeo frixi sine supino, per, re.

Eo

Cieo ciui citum. Vieo vieui vietum.
vnde vietus vel viêtus, e ancipiti.

Leo leui letum.

Fleo, de, effleo. Pleo inusitatum, cõpleo,
de, ex, im, oppleo, re, sup. Deleo ab inu-
sitato leo,
Oleo olui olitũ, oboleo, redoleo, suboleo
Etiam oleo oleui oletũ, ab, ex, in, ob, sub.
Adoleo autem adoleui, adultum.
Cæterũ redoleo per d. Nã præpositio re
ante vocalẽ assumit d: redamo, redardeo
Sic redhibeo, quia h nõ censetur litera.

Neo

Maneo mansi mansũ, permaneo, re,
Composita quædam mutãt a in. i. breue

& habent.ui.sine supino, immineo imminui,e,præ,pro.
Neo neui netum.

Reo

Hæreo hæsi hæsum,adhæreo,co,in.

Queo

Torqueo torsi torsũ,& sæpius tortũ,cõtorqueo,de,dis,ex,in,re.

Veo.vi.tum.

Moueo móui mòtũ,a,ad,cõ,di,p,pro,re
Foueõ,fóui fótum,cõfoueo.
Voueo voui votum, deuoueo.
Faueo faui fautum,
Caueo caui cautum, præcaueo.

Neutra sine supinis

Paueo paui. Flaueo flaui.
Liueo liui. aueo aui.
Ferueo ferui, de, effer.dicimus etiam deferbeo,deferbui apud Cicero.
Conniueo conniui,& connixi.

Passiuum Indicat.

Docèor docéris docétur.

docémur docémini docentur.
Docébar docebáris docebátur
docebámur docebámini docebátur.
Doctus sum vel fui, Eram vel fueram.
Docébor docéberis docébitur
docébimur docebímini docebuntur.
Imperat. Docére doceátur
doceámur docémini doceantur.
Docétor docétor
doceámur doceminor docentor
Optat, Docérer doceréris docerétur
docerémur docerémini docerentur.
Doctus essem vel fuissem.
Docear doceáris doceátur
doceámur doceámini doceántur.
Subiũct. Docear, Docérer, Doctus sim vel fuerim, Essẽ vel fuissẽ, Ero vel fuero.

Infinitiuus

Doceri. Doctum esse vel fuisse. Doctum iri vel docendum esse.

Participia.

Doctus & Docendus.

¶Tertiæ coniugationis exemplum

Verbum actiuum: Indicatiuus.

Lego	legis	legit
legimus	légitis	legunt.
legébam	legébas	legébat
legebámus	legebátis	legébant.
legi	legiſti	legit
legìmus	legiſtis	legérunt.
legèram	legèras	legèrat
legerámus	legerátis	legèrant.
legam	leges	leget
legémus	legétis	legent

Imperatiuus

	lege	legat
legámus	legìte	legant
	legìto	legito
legámus	legitóte	legunto.

Optatiuus

légerem	légeres	légeret
legerémus	legerétis	legèrent
legiſſem	legiſſes	legiſſet
legiſſémus	legiſſétis	legiſſent

legam	legas	legat
legámus	legátis	legant

Subiunctiuus

Legam.	legèrem.	vt in optatiuo.
Legèrim	legeris	legerit
Legerìmus	legerìtis	legerint.
Legissem,	vt in optatiuo.	
Legèro,	legèris, vt in perfecto.	

Infinitiuus

Legère. legisse. lectum ire, vel lecturum esse.

Gerundia, legendi, do, dum.

Supina, lectum, lectu.

Participia legens, lecturus.

In tertia coniugatione præcepta catholica non sunt, sed singulæ sunt expēdēdæ terminationes.

Cio

Facio feci factum, afficio affeci affectū, cō, de, efficio, in, iter, officio, p, p̄, p, suf, re Iacio ieci iactū, abijcio, abieci, abiectū, ad circū, con, dis, e, in, inter, ob, p, re, subtra.

Specio ſpexi ſpectum inuſitatū, aſpicio aſpexi aſpectum, con, de, di, in, per, pro, re, ſus.
Lacio lexi lactum, inuſitatum, allìcio, allexi, allectum, illicio, pellicio, prolicio.
Elicio autem elicitum.

Dio

Fodio, fodi, foſſum, cófodio, in, per, ſuf, trans.

Gio

Fugio fugi fugìtum, con, dif, ef, per, pro.

Pio

Capio cepi captū, accipio accepi acceptū, con, de, in, inter, ex, per, præ, ſuſ.
Rapio rapui raptum, arrìpio arripui arreptum, cor, di, e, præ, pro, ſub.
Sapio ſapui& raro ſapiui ſapitū, deſipio deſipui deſipitum, reſipio.
Cupio cupiui cupítum, percupio, con.

Rio

Pario peperi partum & paritum

Tio

Quatio

Quatio quaſſi quaſſum. percutio percuſſi percuſſum, con, de, ex, in, diſ, ſuc.

Vo duarum ſyllabarum

Verba in uo, habent ui. ūtum:

Arguo argui argútũ, co, red. Acuo, ex. Delibuo. Exuo. Induo. Imbuo. Minuo, di, im, com. Nuo, ab, an, in, re. Spuo, con, in, re, de, ex. Statuo, conſtituo, de, in, præ, pro, re, ſub. Sternuo. Suo, con, dis, aſ, in. Tribuo, at, con, re, dis.

Pluo, plui, aut pluui plutũ, com, im, per.

Lauo eſt primæ coniugationis, cõpoſita vero tertiæ, & habent ui, utum.

Diluo dilui dilutum, abluo, colluo, eluo polluo, proluo, alluo, perluo, interluo.

Ruo rui ruitũ & rutũ ſed raro. at cõpoſita rūtũ, u breui, diruo dirui dirutũ, corruo, eruo, irruo, obruo, proruo, ſubruo.

Carent ſupinis

Metuo, batuo, congruo, ingruo.

Cluo, luo, habent ui, ſine ſupinis.

Struo ſtruxi ſtructũ, adſtruo, cõſtruo,

deſtruo,inſtruo.
Fluo fluxi fluxum,affluo,cõfluo,effluo, de,diffluo,per,pro,re.

Bo

Scribo ſcripſi ſcriptum,adſcribo, cõ, de, exſcribo,in,per,pro,re,ſub.
Nubo nupſi nuptum,ob,con,pro.
Bibo bibi bi bitũ bibreui,adbìbo,adbìbi adbibìtum,com,e,im,præ.
Glubo glubi glubitum. Deglúbo.

Carent ſupinis

Scabo ſcabi.lambo lambi. In ſacris codicibus reperitur lambui.
Cubo cubui cubitũ,& ſi ſit primæ cõiugationis,compoſita tamen aſſumpto.m. ſunt tertiæ.
Accumbo,accubui,accubìtũ , incumbo, procumbo,recumbo, decũbo , ſuccũbo.

Co

Dico dixi dictum,addico, cõdico,edico, in,præ.
Duco duxi ductũ, addúco, cõdúco, edu-

co,deduco,induco,perduco,reduco,diduco,pro,ſe,ſub.
Vinco vici victum,conuinco,re.
Ico ici ictum.
Parco parſi parſum,habet etiam peperci parcitum.

Sco

Creſco creui cretum,accreſco,de,cõ,ſuc.
Noſco noui notum, ignoſco, dignoſco.
Cognoſco autem cognoui cognitum.
Agnoſco agnoui agnitum.
Paſco paui paſtum,compaſco,de.
Poſco popoſci poſcitum.
Diſco didici diſcitum.
Cõpoſita à poſco & diſco geminãt principium præteriti.
depoſco depopoſci,repoſco, expoſco.
Dediſco,dedidici,ediſco.
Aſciſco aſciui aſcitum.
Conſciſco conſciui conſcitum.
Deſciſco deſciui deſcitum.
Quieſco,quieui,quietũ,ac,cõ,re,inter.

Suesco, sueui, suetum, as, de, con, in.

Inchoatiua

Plurima sunt finita in sco, quæ vocātur inchoatiua, & ferme fiunt à neutris secūdæ coniugationis, adijciendo co ad secūdam personam, significantq; cōtinuum rei incrementum. caleo cales, calesco, hoc est, in horas magis caleo. sic tepesco, frigesco, madesco, erubesco, & similia.

Carent supinis

Compesco compescui.
dispesco dispescui
conquinisco conquexi.

Carent præterito

Glisco, & omnia inchoatiua: sed hæc a primitiuis mutuo capiunt. calesco calui à caleo.

Primitiuum verbum, quod à nullo deriuatur, Deriuatiuum, quod deducitur ab alio, vt calesco à caleo.

Do di sum

Mando mandi mansum, præ, re.

Scando ſcandi ſcanſum,conſcendo conſcendi conſenſum,aſ,in,de.
Accendo,Incendo.Succendo.
Offendo.Cudo. Prendo vel prehendo. ap,com,re.
Fundo fudi fuſũ con,dif,ef.in p pro,ſuf.
Scindo ſcìdi ſciſſũ, cõſcindo cõſcidi conſciſſum,dis,ex,re,pro.
Findo fidi fiſſũ.fì.breui.diffindo diffìdi diffiſſum.
Pando pandi paſſum,ex,op,pro.
Edo édi éſum,adèdo,per,ex,amb,
Comèdo comédi coméſum & comeſtũ.
Sido ſine præterito,conſido, de, re, ſub.
Rudo rudi.ſtrido ſtridi,ſine ſupinis.

Geminantia.

Pẽdo pepẽdi pẽſũ,appẽdo,ex,im, per,re.
Tendo tetendi tenſum & tentum, contendo,at,dis,in,ob,præ,pro.
Tundo tutudi tunſum & tuſum: compoſita vero tuſum, cõtundo cõtudi contúſum,ob,per,re.

Pedo pepédi pedìtum,oppédo.
Cado cecìdi cásum,recìdo,recìdi,recásũ, occìdo,ac,con,de,ex,in,inter,pro.
Cædo cecídi cæsum,recído recídi,recísũ, occido,in,pro,de,ac,con,præ.
Cedo cessi cessum,recédo recessi recessũ, con,pro,de,ac,in,suc,inter,præ.
Cado in cõpositis habet.i.breue,cædo. i. longum,cedo seruat.e.longum.

Do si sum.

Lúdo lusi lusum,illúdo,al,col,de,e, p̃,p.
Lædo læsi læsum,illido illisi illisum,allido,collido.
Rádo,ab,cor.Ródo,ar,cor,e.
Trúdo,de,ex,in,ob.Vádo,in,e.
Diuìdo diuisi diuisum.
Plaudo,ap.Plódo,ex,com.
Claudo,olim cludo,excludo, in, re, con, se,oc,præ,inter.

Composita verbi do,præter illa quatuor,sunt tertiæ coniugationis, habentq; dìdi dìtum.i,breui.

Addo addidi additum, con, red, per, pro in, ob, ab, dedo, trado, ſic vendo credo & edo. nam edo edi eſum ſimplex. e. breui. Abſcondo vero abſcōdi abſconditum, & aliquádo abſconſum: vt poſtea dicetur.

Go. xi, ctum.

Rego rexi rectũ, arrigo arrexi arrectum, dirigo, cor, e, por, ſur.
Pergo perrexi perrectum.
Surgo ſurrexi ſurrectum, in, con, re. affligo, infligo, cōfligo, ab iuſitato fligo.
Plango, Clango.
Extinguo, diſtinguo, inſtingo, reſtingo, a verbo inuſitato ſtingo vel ſtinguo.
Vngo, in, per. Tingo, in. Lingo, e.
Iungo, ad, con, dis. Mungo, e.

N in ſupinis ablatum.

Pingo pinxi pictum, de, ap.
Strigo ſtrinxi ſtrictũ, as, cō, di, ob, re, per.
Fingo finxi fictum, con, ef, af.
Ringo rinxi rictum.

Carent ſupinis

Ango,anxi,ſugo ſuxi,exſúgo.

Go. xi.xum.

Figo fixi fixum, olim fictum, cófigo,re, de,in,præ,trans,ſuf.

Frigo frixi frixum,de,con.

Go.gi.ctum.

Agoégi actum,abìgo abégi abactũ, ad, ex,red,ſub,prod,trans.

Cogo pro coìgo coégi coactum.

Perago ſeruata a.

Frango fregi fractũ, effringo effregi effractum,con,re,in,ſuf,per.

Tango tetìgi tactum, attingo attìgi attactum,con,per,ob.

Lego légi lectum.perlègo perlégi,relego prælego,ſublego per e :quædã vertũt e in i.collìgo collégi,eligo,ſe,de.

Tria faciunt lexi lectum negligo,intelligo,diligo.

Carent ſupinis ,dego degi, Satago ſategi,ambigo ambegi.

Pango pepìgi vel panxi pactum , cópo-

ſitapegi, impingo impégi impactũ, ſuppingo, compingo.
Partim. a. ſeruant, depango, circumpágo, oppango, repango.
Pungo pupugi vel punxi punctũ, cópoſita tantũ punxi, expũgo expunxi expũctum, com, dis.
Repungo repupugi & repunxi.

Go. ſi. ſum.

Spargo ſparſi ſparſũ, aſpergo, in, có, dis, de, ex, per, re.
Mergo de, e. im, Tergo pro quo & tergeo
Vergo, quod affirmant carere præterito & ſupino.

Ho. xi. ctum.

Traho traxi tractũ, attraho, abs, có, dis, de per, pro, re, ſub.
Veho vexi vectum, adueho, con, de, e, in, pro.

Io

Meio mìnxi mictum, per, con, im.

Lo

Colo colui cultum,incòlo,accòlo,ex,re.
Alo,alui,alitum & altum.
Cònsulo consului consultum.
Occùlo occului occultum.
Molo molui molitum.permòlo, émolo.
Cello cellui celsum inusitatum,excello, ante,præ.
Cello ceculi culsum.
percello perculi perculsũ, & perculsi , vt Terẽtius i Andria.Perculsit ilico animũ.
Pello pepuli pulsum, propello propuli. propulsum,re,im,ap,de,com,ex,per.
Fallo fefelli falsum,refello.
Sallo salli salsum.
Vello velli vel vulsi vulsum,a,cõ,e,di,re.
Tollo sustuli olim tetuli,sublatum,attol lo attuli,con,ex,pro.

Carent supinis

Psallo psalli . Volo volui.
Nólo nolui.mālo malui.

Mo.mui.mitum.

Gèmo gemui gemitum.Vomo,e,re.

Fremo. Tremo, con.

Mo. psi. ptum.

Promo prompsi promptum, ex, de.
Súmo, con, re, as, in, præ. Como. Demo.
Emo emi emptum, adìmo ademi adem-
ptum, ex, red, inter.
Coèmo coémi coemptum seruat e.
Dirìmo dirémi diremptum.
Prèmo pressi pressum, imprìmo, com,
de, ex, re, op, sup.

No

Pono posui positũ, appóno, cõ, de, im, p,
præ, sup, ex, inter. Gigno genui genìtũ, p
Sterno straui stratum, prosterno, cõ, sub.
Sperno spreui spretum, desperno.
Sino siui situm.
Desìno desiui desitum,
Cerno creui cretum, decerno, ex, cõ, dis.
Lino liui vel leui vel lini litum.
Illìno illeui illìtum. i. breui, oblìno, allìno
relìno, interlìno, sublino, collino.
Cano cecìni cantũ. Cõposita vero cinui

centum,accino accinui accentũ,cõ,inter,
re,ſuc.
Temno tempſi temptum,contemno.

Po. pſi. ptum

Répo repſi reptum,obrepo,irrepo, ſur.
Carpo carpſi carptum, decerpo decerpſi
decerptum,cõ,dis,ex.Serpo,inſerpo,p.
Scalpo,Sculpo,inſculpo.

Excipe

Rumpo rúpi ruptũ,abrumpo,per, cor,
ir,pro.
Strèpo ſtrepui ſtrepitũ,obſtrepo, iter,p.

Quo

Linquo, liqui,lictum.
Cóquo coxi coctũ,decoquo cõ,in, p, ex.

Ro

Tero triui tritũ, attero,detero,cõ,in,pro.
Quæro quæſiui quæſitũ,exquiro exqui
ſiui exquiſitum,ac,cõ,re,per,in,dis.
Gero geſſi geſtum,cõgero, digero,e, ag,
re,in,ſug.
Vro vſſi vſtũ,aduro,amb,exúro,cõb,in.

Verro verri vel versi versum, con.
Curro cucurri cursum, accurro accūrri, de, ex, pro, dis, suc, in, per, con, oc, quæ non geminant composita:
Præcurro autem præcucurri.
Fero tuli làtū, adfèro attùli allátū, cō, ef, de, dif, in, per, præ, pro, suf.
Furo sine præterito.
Sèro séui satum, id est, semino, & planto assèro assèui assitum, con, in.
Sèro serui sertū, id est, admoueo & ordino, assèro asserui assertum, consèro, desero, exero: Sed dissèro disserui disertum vnico. s. in supino.

So. siui. situm.

Lacesso lacessiui lacessitum. Accerso.
Incesso incessiui & incessi, incessitum.

So. si. sum.

Capesso capessi capessum.
Facesso, cuius supinum facessitū posuit Cicero in Verrem.
Viso visi visum, inuiso, pro, re.

Pinſo pinſui piſtum.

To

Plecto plexi, plexum.
Flecto flexi flexum, deflecto, in, re.
Necto nexi vel nexui nexum.
Pecto pexi vel pexui pexum.
Peto petiui petitũ, appeto, ex, cõ, im, op, re, ſup.
Mitto miſi miſſum, admitto, com, e, im, pro, de, di, præ, re, ſub.
Meto meſſui meſſum, demeto.
Sterto ſtertui, ſine ſupino.
Verto verti verſum, auerto, ad, con, di, e, in, per, ob, re, ſub, animad.
Supinum verſum fit a tribus verbis, vergo, verro, & verto.
Siſto ſtiti ſtatum verbum actiuum, hoc eſt, facio, vt aliquid ſtet, ſiſte gradũ, ſiſtit ſanguinem.
Siſto neutrum, idem quod ſto, caret præterito & ſupino: compoſita ſeſe habẽt, vt à ſto, reſiſto reſtiti reſtitum, deſiſto, ob

ſiſto, reſiſto, con, ad, in, ſub.

Vo

Víuo vixi victum, conuíuo.
Soluo ſolui ſolútũ, abſoluo, ex. dis, re, p.
Voluo volui volútum, inuoluo, e, pro, con, ad, re.
Caluo calui ſine ſupino. Dicitur etiam caluor caluèris deponens pro eodẽ, hoc eſt, decipio. Siquidem quædã ſunt verba, quæ nunc in. o. deſinunt, nunc in or. lachrymor, oſculor, reuertor, impertior: olim lachrymo, oſculo, in quibus vſus authorum ſeruandus eſt.

Xo

Texo texui textũ, attexo, de, cõ, re, p̃, in.
Nexo nexui nexum, pro quo etiam necto, & in prima coniugatione nexo as.
Quædam enim in diuerſis reperiuntur cõiugationibus, caueo, cauo, tergeo, tergo, ferueo, feruo, meminiſſe ſat eſt.

Passiuum

Indic. legor legeris legitur

legìmur legimìni leguntur.
Legébar legebáris legebátur.
legebámur legebámini legebantur.
Lectus ſum vel fui, Eram vel fueram.
Legar legéris legétur.
legémur legémini legentur.
Imperat. Legère legatur.
legámur legímini legantur.
Legìtor legitor
legámur legiminor leguntor.
Optat. Legerer legeréris legerétur
legerémur legerémini legerentur.
Lectus eſſem vel fuiſſem.
Legar legáris legátur
legámur legámini legantur
Subiunct. Legar. legerer. lectus ſim vel fuerim. Eſſem vel fuiſſẽ. Ero vel fuero.
Infinitiuus
Legi. Lectum eſſe vel fuiſſe, lectum iri, vel legendum eſſe.
Participia.
Lectus, Legendus.

¶Quarta

¶ Quarta coniugatio desinit in io.

Verbum actiuum.

Indicatiuus.

Audio	audis	audit
audímus	audítis	audiunt.
audiébam	audiébas	audiébat
audiebámus	audiebátis	audiébant.
Audíui	audiuisti	audiuit
audiuimus	audiuistis	audiuérũt.
Audìueram	audíueras,	audíuerat
audiuerámus	audiuerátis	audiuerát.
Audiam	audies	audiet
audiémus.	audiétis	audient

Imperatiuus

	Audi	audiat
audiámus	audíte	audiant.
	audíto	audíto
audiámus	auditóte	audiunto.

Optatiuus

Audirem	audíres	audíret
audirémus	audirétis	audírent.
Audiuissem	audiuisses	audiuisset

audiuiſſémus audiuiſſétis audiuiſſét.
Audiam audias audiat
audiamus audiatis audiant.

Subiunctiuus

Audiam. Audirem, vt optatiuus.
Audíuerim audíueris audiuerit
audiuerìmus audiuerìtis audíuerint.
Audiuiſſem, vt optatiuus.
Audiuero audíueris, vt perfectum.

Infinitiuus

Audíre. Audiuiſſe. Audítum ire vel auditurum eſſe.
Gerundia, Audiendi, do, dũm.
Supina. Auditum, auditu.
Participia. audiens, auditurus.

Canon

Verba quartæ coniugationis habent ìui ìtum. i. longo.
Audio audíui audìtum. Scio, cio, concio, excio, Abortio. Compedio, Dormio, faſtídio, punio, Sopio, & alia innumera.

Eo & queo, imperfectum, ibã, quibam, futurum, ibo, quibo. Supinum itũ est. i. breui, adeo adiui aditum, et quibusdam locis. e. pro. i. Eo. eunt. eat. eant. eunto. eã, eas. eamus. eatis. iens euntis participium.

Exceptio

Singultio singultiui singultum.
Sepelio speliui sepultum.
Amicio amiciui & amicui amictum.
Venio veni vẽtum, aduenio, de, cõ, e, in, per, præ, pro, re, sub, inter.
Vincio vinxi vinctum, deuincio.
Sancio sanxi sanctũ, vel sanciui sancitũ.
Haurio hausi haustum, exhaurio.
Sepio sepsi & sepiui septum, ob, inter.
Salio salui & saliui saltum, insilio insilui insultum, resilio, pro, sub, de.
Cambio campsi campsum.
Sentio sensi sensum, cõsentio, per, dis, as.
Raucio rausi rausum, irraucio.
Farcio farsi fartum, confercio, re, in, suf.
Sarcio sarsi sartum, resarcio.

Fulcio fulſi fultum, ſuffulcio, in.
Pario pepèri partum eſt tertiæ coniugationis, compoſita quartæ.
Apèrio, aperui, apertum,
opèrio, operui, opertum,
Comperio, compèri, compertum,
repèrio repèri repertum.
Duo habent rui, & totidem ri.

Paſſiuum

Indic. Audior audíris audítur
audímur audimini audiuntur.
Audiébar audiebáris audiebátur
audiebámur audiebamini audiebátur.
Audítus ſum vel fui. Eram vel fueram.
Audiar audiéris audiétur.
audiémur audiémini audientur.
Imper. Audíre audiatur
audiámur audímini audiantur.
Audítor audítor.
Audiámur audíminor audiuntor.
Optat. Audírer audiréris audirétur
audirémur audirémini audirentur.

Auditus essem vel fuissem.
Audiar audiáris audiátur
audiámur audiámini audiantur.
Subiunc. Audiar, Audírer, Audítus
sim vel fuerim. Essem vel fuissem.
Ero vel fuero.

Infinitiuus

Audíri. Auditum esse vel fuisse.
Audítum iri, vel audiendum esse.

Participia.

Audítus. Audiendus.
Tempora, quæ a præsenti formantúr.

Pri.	Secunda	Tertia	Quarta	Perfectum
O	Eo	O	io	i
ábam	ébam	ébam	iébam	èram
ábo	ébo	am	iam	issem
a	e	e	i	èrim
áto	éto	ìto	íto	issem
árem	érem	èrem	írem	èro
em	eam	am	iam	isse
em	eam	am	iam	¶ passiuũ
árem	érem	èrem	irem	sum vel

áre	ére	ère	íre	fui
ans	ens	ens	iens	eram vel
Or	Eor	Or	Ior	fueram
ábar	ēbar	ēbar	iēbar	eſſem vel
ábor	ébor	ar	iar	fuiſſem
áre	ére	ère.	íre	ſim vel
átor	étor	ìtor	ítor	fuerim
árer	érer	èrer	írer	eſſem vel
er	ear	ar	iar	fuiſſem
er	ear	ar	iar	ero vel
árer	érer	èrer	írer	fuero
ári	ēri	i	íri	eſſe vel
andus	endus	endus	iendus	fuiſſe

Ere pro érunt. amauére amauérunt.

Deponentium & communiũ, poſito participio præteriti tẽporis, facile colliguntur inde cætera.

¶ Primæ coniugationis átus.

Fúror furatus ſum, furatum.

glorior, imitor, teſtor, venor, aucupor, veneror, & cætera.

¶ Secundæ ìtus. i. breui.

Vereor veritus, liceor, polliceor, mereor, promereor, de, com, e.

Excipe

Reor ratus sum, ratum.
Misereor misertus, legitur etiam miseritus sine syncope.
Fateor fassus, confiteor, dif, pro.
Tueor tuitus vel tutus, contueor, in, ob.
Medeor caret supino.

¶ Tertiæ coniugationis verba sese habēt vario modo.
Gradior gressꝰ, cōgredior e, ag, di, in, p.
Morior mortuus: at moriturus tanquā à supino moritum.
Patior passus. perpetior, cōpatior, per a.
Fruor fruitus & fructus, perfruor.
Tuor tutus & tuitus, contuor.
Labor lapsus sum; allabor, collabor, illabor, per, di, de, e, pro, sub.
Adipiscor adeptus, indipiscor indeptꝰ ab antiquo verbo, apiscor, aptus.
Comminiscor commentus.

Defetiſcor defeſſus ab inuſitato verbo fatiſcor feſſus.
Expergiſcor, experrectus.
Iraſcor iratus, ſubiraſcor.
Nanciſcor nactus.
Naſcor natus: tamen futurum naſciturus, innaſcor, renaſcor.
Obliuiſcor oblitus.
Paciſcor pactus, depeciſcor depectus.
Proficiſcor profectus. Vlciſcor vltus,
Reminiſcor & veſcor ſine ſupino.
Fungor functus, defungor, perfungor.
Loquor locutus, alloquor, colloquor, p.
Sèquor ſecutus, inſequor, cóſequor, per, aſſequor, pro, ſub.
Liquor caret ſupino.
Quèror quéſtus, conquèror.
Amplector amplexus.
Complector complexus.
Nìtor niſus vel nixus, an, ob, re, in, con, e, ſub.
Vtor vſus, abútor.

¶Quartæ coniugationìs ítus.i.longo.
Blandior blanditus, mentior, molior, partior, impertior, dispertior.
Potior potítus, reperitur etiam potìtur ì breui, vt legìtur.

Excipe

Experior expertus.
Opperior oppertus.
Metior mensus, e, per, di, re.
Ordior orsus, exordior.
Orior ortus exorior, participium oritúrus, tanquam à supino oritum.
Infinitiuus oriri in quarta, i. longo.
Orìtur. i. breui, vt legìtur.
Oríris vt audíris, vel etiam in tertia orèris, vt legrèis. e. breui.

¶Communia verba

Primæ. criminor, dignor, hortor, hospitor, intérpretor, moror, osculor, solor, stipulor, veneror.
Tertiæ. Amplectoramplexus.
Obliuiscor oblitus.

Quartæ, Experior expertus
Largior largitus.
Secundæ vero coniugationis hodie uix reperiuntur communia, olim autem vereor, tueor, medeor, confiteor, polliceor, reor, & multa etiã aliarũ cõiugationũ deponentia, cõmuniter accipiebãtur. Itaq; quæcũq; in or finita, nunc actiue capiũtur, nũc passiue, censenda sunt cõia.

¶ Anomala

Anomala verba sunt, quæ non sunt cæterisæ qualia, vt sum, fio, fero, volo, nolo, & similia.
Coniugatio sum habita est supra.
Præteritũ fui, ab antiquo verbo fuo, vnde futurus.
Apud Comicos passim reperitur siem sies siet, pro, sim sis sit,
Composita, adsum, desum, absum, obsum, subsum, supersum, intersum, insum, possum, prosum, præsum.
Hæc non habent participium præsentis

temporis præter duo, absum absens, præ sum præsens.

Potens plæriq; asserunt esse nomen, non participium, inde impotens.

Possum inter coniugandum recipit. t.

Possum potes potest,
possumus potestis possunt.

Potéram, potui, potueram, potero,

Optatiuus, possem posses posset, pro potessem potesses potesset.

Infinitiuus posse pro potesse.

Prosum, prodes, prodest, prosumus, prodestis, prosunt. Proderam. Profui. Profueram. Prodero. Prodessem.

Prodesse ob sequentem vocalem interserit literam. d.

Fio

Fio quartæ coniugationis ponitur loco passiui verbi Facio: nõ enim dicimus facior, sed fio.

Indicat. Fio. Fiébam. Fiam
Imper. Fias, non fi, fito.

Optat. Fierem assumit.e.Fiam.
Subiunc. Fiam. Fierem.
Infinit. Fierì addito.e.

Reliqua formantur à participijs factus & faciēdus,& supino factum, adminiculo verbi substantiui,quemadmodū mos est in verbis passiuis.

Composita a fio.confio.defio.

Vt facio fio,sic calefacio calefio, magnifacio magnifio.

At efficio efficior, præficio præficior, & huiusmodi cōposita,quæ mutát. a. in.i. habent passiuum in or.

¶Fero

Verbum fero est tertiæ cōiugationis,sed in quibusdam personis patitur syncopé, abiecto e aut i.

Indicatiuus

Fero, fers, fert. ferimus, fertis, fertur. Ferebam.Feram.

Imperatiuus

Fer ferat

ferámus	ferte	ferant.
	Ferto	ferto
ferámus	fertóte	ferunto

Optatiuus

Ferrem. Feram.

Subiunctiuus

Feram. Ferrem.

Infinitiuus, Ferre.

Gerundia, Ferendi, do, dum.

Participium. Ferens.

Passiuum

Indicatiuus

Præsens. Feror, ferris, fertur.

Imperatiuus

Præsens.	Ferre	feratur.
Futurum	Fertor	fertor.
Optatiuus	Ferrer	Ferar.
Subiunctiuus	Ferar.	Ferrer
Infinitiuus	Ferri.	

Cætera tam in actiuo quam passiuo sequuntur leges cõmunes, & fiunt à præterito tuli, & supino latum.

Tuli, tuleram, tulissem, tulerim, tulero, tulisse. Latus sũ, erã, essem, sim, ero, esse. Composita adfero, cõ, re, per, suf, de, dif, ef, pro, præ, in, of, trans.

¶ Volo

Indicatiuus

Præsens: Volo vis vult
Volumus vultis volunt.

Optatiuus

Pærs. vellem, velles, vellet, vellemus.
Fut. velim, velis, velit, velímus.

Infinitiuus

Velle sine futuro.

Malo

Indicatiuus

Malo mauis mauult
malumus mauultis malunt.

Optatiuus

Præs. Mallem, les, let, lémus.
Fut. Malim, lis, lit, límus, i. longo, vt velímus, velítis.
Infinitiuus Malle.

Apud Plautum mauòlo, mauellem, mauelim, pro malo, mallem, malim.

Nolo

Indicatiuus

Nolo non vis, non vult, nolumus, non vultis, nolunt.

Imperatiuus

Noli, nolit, Nolite nolint.
Nolito, nolitote.

Optatiuus

Præs. Nollem, les, let, lémus.
Fut. Nolim lis lit, límus.
Infinitiuus. Nolle.
Participium Nolens.
Reliqua volo, malo & nolo, aut desyderant, aut habent legitima.

Apocope imperatiui

Dic, duc, fac, fer, imperatiui sunt, pro dice, duce, face, fere.
Apocope est ablatio literæ vel syllabæ de fine dictionis.
Vt fac, ita benefac. Sed cópofita quæ ver

tunt.a.in.i. habent imperatiuum iustũ, efficio effice. Cœpi

Cœpi, memini, noui, & odi, voces præteriti, significant etiam præsens.

Odi, hoc est, odio habeo, & habui.

His verbis non sunt nisi tempora, quæ deducuntur à præterito.

Meminero, odero, nouero, cœpero, etiã vsurpantur, vt indicatiui.

Imperatiuus est à memini, Memento & mementóte.

Cœpi fit ab antiquo verbo cœpio, cuius supinum est cœptũ, vnde cœpta cœptorum, id est, initia.

Ab odi participia osus, exósus, perósus, significãt actiue, hoc est, q odit. Ouidi9.

Ille perósus opes syluas & rura colebat.

Neutro passiua.

Neutro passiuum vocant verbũ, quod cum in.o.desinat, habet præteritũ, perinde ac si desineret in.or.

Soleo solitus sum, Fio factus sum.

Fido

Fido fisus sum. Audeo ausus sum.
Mœreo mœstus. Gaudeo gauisus.
Quædá habent vtrunq; præteritum.
Titubo titubaui, titubatus sum:
Iúro iuraui, iuratus sum.
Placeo placui, placitus sum.
Careo carui, cassus sum.
Mereo merui, meritus, pro quo etiam dicitur mereor deponens.
Prandeo prandi pransus.
Cœno cœnaui, cœnatus.
Nubo nupsi, & nupta sum.
Sic & impersonalia quædam
Pudet puduit puditum est.
Miseret, miseruit, misertum est.
Licet licuit licitum est.
Libet libuit libitum est.
Pertædet pertæduit pertæsum est, à simplici tædet tæduit: ná tæsũ nó est in vsu.
Piget piguit pigitum est.
Verbum personale est, quod tres habet personas, amo, amas, amat.

Impersonale, quod personis caret, sed faciẽ habet tertiæ personæ per omnes modos ac tempora.

Pœnitet, pœnitebat, pœnituit, pœnituerat, pœnitebit, pœniteat, pœniteret.

Statur, stabatur, statum est, statum erat, stabitur, stetur, staretur.

Impersonalia actiuæ vocis

Constat,	præstat,	restat,	iuuat,
delectat,	vacat,	pœnitet,	tædet,
placet,	libet,	licet,	liquet,
oportet,	decet.	pudet,	piget
miseret,	paret,	accidit,	cõtingit,
sufficit,	conducit,	cõuenit,	euenit,
expedit,	est,	interest,	refert.

Impersonalia passiuæ vocis

Ferme fiunt à verbis neutris.

Statur, curritur, & cætera, & aliquãdo ab actiuis vt apud Cicero. Post, quam nunciatum est.

In rimãdis temporibus verbi impersonalis, finge verbum personale, ac deinde

cape tertiam personam.
pœniteo, pœnites, pœnitet.
Curror curreris curritur.

Neutra passiua.

Verbum neutrum passiuũ in. o. desinit, & significat passiue.
Vapulo, id est, verberor.
Fio, id est, gignor & efficior.
Exulo, id est, expellor patria.
Liceo, id est, æstimor.
Nubo, id est, trador viro.
Veneo veniui & venij per syncopẽ, venum, id est, vendor, fit ab eo.

Syncope præteriti

Perfecta in vi, & inde deducta patiũtur syncopen.
vt amauisti, amasti, amauerunt, amarũt, amauisse, amasse. petiuit, petiit. rediuit redijt & huiusmodi multa.
Sic nosti, scisti, flasti, flesti, pro nouisti, sciuisti, flauisti, fleuisti, & apud Cicero. decresset & cõmosset pro decreuisset &

cómouiſſet,& ſueſti pro ſueuiſti.
Comica ſunt dixti,intellexti,pro dixiſti & intellexiſti.

Edo comedo

Edo,es,eſt,ſic,comedo,comes, comeſt.
Es & eſte,pro ede & edite.
Eſſem pro ederem,ſic comeſſem.
Eſſe pro edere,ſic comeſſe.
Eſtur pro editur.

¶ Aduerbia.

Significatiões aduerbiorum variæ ſunt. ponemus aliquas.
Temporis,quando? hodie, heri, nunc, nuper,cras,aliquando,olim,ſemper, perédie,nudiuſtertius,nudius quartus, pridie,poſtridie,dudum,iamdudum, pridem,iampridem.
Numeri,quoties?toties, ſemel, bis, ter, quater,quinquies,ſexies,ſepties, nouies,decies,centies,millies.
Negandi,haud,non,neq;, nequaquam.
Affirmandi,etiam,certe,profecto,nimi-

rum,nempe,næ.
Demonſtrandi,en,ecce.
Optandi,vtinam,oſi.
Hortandi,eia.age.
Ordinis,deinde,deinceps.
Interrogandi,Cur?quare? quamobrem? nonne? nunquid?
Similitudinis,quaſi,ceu,ſicut,ſicuti, tanquam,velut,veluti,vt,vti.
Quantitatis,multum,parũ,modicum, minimum,valde.
Dubitãdi,forſã,forſitã, fortaſſe, fortaſ-ſis.
Perſonalia,mecum,tecum, ſecum, no-biſcum,vobiſcum,quaſi cum me te ſe.
Vocandi,o,heus.
Iurandi,ædepol, hercle,mediusfidius.
Congregandi,ſimul,vna,pariter.
Aduerbia localia ſunt,quæ apte reſpon-dentur ad interrogationes,vbi?vnde? qua?quo?quorſum?quouſque?
Vbi?hoc eſt,in quo loco?
Hic,illic,iſthic,ibi,alibi,inibi,ibidem,

vbiq;,vbilibet,vbiuis,ſicubi,necubi, paſ ſim,vulgo,intus,foris,nuſquam
Seruiunt quieti in loco.

Vnde? hoc eſt,de quo loco?
hinc,illinc, iſthinc, vndeuis, vndelibet, vndécunq;,vtrinq;
Seruiunt motioni è loco.

Qua? hoc eſt,per quē locum?
Hac,illac,iſthac, alia, aliqua, ſiqua, nequa,qualibet,quaqua,recta
Seruiunt motioni per locum.

Quo? hoc eſt,ad quem locum?
huc,illuc,iſthuc,alio,aliquo,eo,eodem, quolibet,quouis,intro,foras.
Seruiunt motioni ad locum.

Quorſum? hoc eſt,quē locum verſus?
Horſum,illorſum, iſtorſum, aliorſum, dextrorſum,ſiniſtrorſum,ſurſum,deorſum,quoquouerſus
Seruiunt motioni ad locum.

Quouſq;? hoc eſt,ad quē vſque locū?
Hucuſq;,illucuſq;,hactenus

Seruiunt & motioni, & quieti.

Aduerbia qualitatis ſunt, docte, pulchre, fortiter, viriliter, bene, male.

Ab adiectiuis ſecũdæ declinationis fiunt aduerbia in. e, doctus docte.

Ab adiectiuis autem tertiæ in. ter. fortis fortiter: ſed duriter à durus.

Cõparatiuꝰ neutri generis aduerbiaſcit. ſcribit doctiꝰ te, id eſt, magis docte q̃ tu.

Sic & alia adiectiua in neutro genere capiuntur loco aduerbij.

dormit altum, pro alte.

Vt in nominibus, ita & in aduerbijs tres ſunt gradus comparationis.

Poſitiuus	Comparatiuus	Superlatiuus
Docte	doctius	doctiſſime
fortiter.	fortius.	fortiſſime.

Aduerbia iungũtur præcipue verbis & participijs, currit velociter, currens velociter, ſcribit eleganter.

Adhærent etiam nominibus adiectiuis. adoleſcens valde nobilis.

¶ Coniunctio

Coniunctio adnectit & ordinat orationis sententias.

Copulatiuæ: &, que, at, atque, ac, ast.

Disiunctiuæ, aut, ve, vel, seu, siue.

Causales, quoniam, quoniam quidem, quando, quandoquidem.

Rationales, itaque, quapropter, ergo, ideo, igitur, idcirco, propterea.

Sunt & aliæ, quidem, equidem, si, & si, quamuis, quanquam, licet, porro, tamē, & multæ præterea, quarum significationem authorum docebit lectio,

¶ Interiectio

Interiectio est vox, in quam prorumpimus, vt sic vel sic animo affecti sumus,

Dolentis, heu. Admirantis, papæ.
Metuentis, atat. Ridentis, ha ha he.
Laudantis, euge, & consimiles.

Syntaxis

Adiectiuum

ADiectiuum & substantiuũ cócordãt genere, numero, & casu, vt supra scriptum est in secunda declinatione.

Adiectiuũ triplex, Nomẽ, bonus, Pronomen, meus, Participium, amans.

Sunt autẽ omnia pronomina adiectiua, & si crebro capiantur substantiue, quemadmodum & cætera adiectiua.

omnes mei iam defuncti sunt.

nulli boni sic viuunt.

sententia est omnium eruditorum.

Relatiuum

Relatiuum & antecedens, concordant genere & numero & persona.

inemendatus est liber, quem emisti.

Antecedẽs est, quod in sentẽtia prius est.

Relatiuum, quod antecedentis significatum alia voce refert.

liber est antecedens, qui relatiuum.

Relatiua sunt nomẽ qui, & pronomina ille, ipse, is.

Antecedens interdum intelligitur, nó ex-

primitúr. sunt qui pecunias contemnãt, sunt aliqui, aut nonnulli, qui cótemnãt. Relatiuum neutro genere capitur velut substantiuum, & refert totá orationem. qui virtute præditus est, suis rebus cótẽtus est, quod est proprium diuitiarum. quod, id est, quæ res, aut quod, nẽpe, suis rebus contentum esse.

Interrogatiuum,

Interrogatio & responsio ferme gaudẽt eodem casu.

quis docet? præceptor.

quem diligis? amicum.

Coniunctio

Coniunctiones, & quæcũque vocẽ voci adnectũt, & casus postulãt similes, & modos. odit bonos & malos.

diligentior maritus, quàm vxor.

præstat abundare quàm mendicare.

Casus thematis

Quem casum regit nominatiuus, eum habent & casus reliqui.

oculus domini, oculum domini.
Thema verbi, & quæ veniunt à themate eandem habent constructionem.
amo, amaui, amando, amans deum.

Nominatiuus à fronte.

Verbũ psonale finiti modi a frõte postulat nominatiuũ eiusdẽ numeri & psonæ: vt supra scriptũ est in prima cõiugatiõe. Loco nominatiui ponitur quandoque tota oratio, aut infinitiuus.
dolet patri, quod filius viuat perdite.
nosse historiam res est iucunda.
scire tuũ nihil ẽ, nisi te scire hoc, sciat alter

Nominatiuus à tergo

Sum, fio, vocor, nominor, dicor, appellor, cẽseor, credor, habeor, iudicor, putor & similia etiã à tergo petũt nominatiuũ
Deus est iustus.
puer videtur ingeniosus.
Et vbicũq; aut gestus corporis, aut affectio animi, aut alius quiuis rei modus & habitus ponitur, illic locum habet no

minatiuus post verbum.

Discessit tristis. Dormit securus. fecit inuitus.

Id apud Arabes est [illegible] halon quoties iam vt cũq; absoluta oratione, dictio additur, quæ negotij modum exprimat.

[illegible] gea zeidon rakiben.

hoc est, venit zeidó equitás, de quo agit celeberrimus Grammaticus Abu alcasimi, capite de verbis transitiuis: & nos aliquádo, deo propitio, de hoc loquemur in institutionibus Arabicis, quas hactenus non edidimus, typorũ auxilio destituti, eos vbi primũ tolerabiles nacti fuerimus, Arabicas literas nostris hominibus commonstrabimus, rem Medicis in primis vtilem.

Verũ omissis Arabicis, redeam⁹ ad latina.

Appositio

Quoties duo substãtiua ad idẽ pertinẽt, ambo eiusdem sunt casus.

vrbs Roma. Poëta Terentius.

In appositione, alteri substantiuo, quod est magis commune, addi cósueuit adiectiuum, uel aliud quippiá declarans.
Aristoteles philosophus præstátissimus. vulpecula animal miræ calliditatis,
Personæ diuersæ.
Verbum semper concordat cũ pronomine aut expresso aut intellecto.
Ego diues gaudeo, nos miseri dolemus.
Tu diues gaudes, vos miseri doletis.
Atq; hæc a Grámaticis vocatur Euocatio explicita.
Demptis pronominibus, idẽ verbum tamen manebit: diues gaudeo, nẽpe, ego.
Hæc vero dicitur Euocatio implicita.
Omnis enim nominatiuus, pro arbitrio pronominis, aut primæ aut secundæ fit personæ.
Quod si cóiunctio, aut aliud quippiam disparitatem faciat personarũ, verbum concordabit cum persona digniore.
Ego & tu diligimus literas.

Tu & frater non probe facitis,
& vocatur conceptio personarum.

Genera diuersa.

Sic quando genera sunt diuersa, adiectiuum respicit genus dignius:
Maritus & vxor sunt formosi,
hanc appellant conceptioné generum.
Sed in nominibus rerũ anima carentiũ adiectiuum ferme est neutrum.
Vinoletia & libido grata sunt barbaris.
Lucanus tamen dixit lib. 1. Hinc leges & plebiscita coactæ. Et alijquoq; autores in huiusmodi nominibus, aliquãdo generis vel dignioris vel ꝓpinquioris rationé habuerũt.
Cæterũ cõiũctio copulatiua, (habuerũt. tá verbũ quàm adiectiuũ exigit plurale.
Ego & vxor pulchre concordamus.
Frater & soror sunt defuncti.
Quod si ratione coniũctionis nó vsurpamus numerum pluralem, & tamé aut genera varient aut personæ, semper adiectiuum & verbũ concordát cum pro-

pinqore & zeugma dicitur Grámaticis
quid ego, & populus mecum desideret.
seruate liberos, fortunásq; vestras.
Excipe particulam quàm, & aduerbia similitudinis.
melius nos quàm tu isthæc nouimus.
tempora velut aqua labuntur.
Cicero tamen, dixit in Catone maiore.
Nec intelligo minus me vobis quàm vos mihi esse iucundos.
Sic alibi aliquoties etiá intercedéte aduerbio similitudinis.

De genitiuo

Quando duo ponuntur substátiua, quæ ad diuersa pertinét, alterum est genitiui casus, vt supra diximus.
Substantiue capiuntur & adiectiua.
vita bonorum, spes eorũ, amantiũ iræ.
Elegáter quædam potius neutro substátiuo ponuntur, quàm adiectiue.
nihil pecuniæ, id ætatis,
minus virium, quid rei est,
pro nulla pecunia, ea ætas.

Sic aduerbia quædam loci, temporis, & quantitatis gaudent genitiuo.
Tunc temporis, vbi terrarũ, parum vini.

Genitiuus capitur

Actiue, quando declaratur verbo actiuæ significationis.
prouidentia dei: nam deus prouidet.
Passiue, cum verbo passiuæ significationis exponitur.
cultus dei, quo deus colitur,
Possessiue, quando rem quápiam possideri significamus.
ager patris, quem pater possidet,
Nomina quædá, præcipue verbalia, iuncta genitiuis, dubiam habent sentẽtiam.
amor, odiũ, desiderium, dolor, fastidiũ, memoria, cura, vsus,
vtilitas, potestas, copia, suspicio,
& quæcunq; alia, tum actiue, tũ passiue exponi possunt.
amor dei actiue, quo deus amat.
amor dei passiue, quo deus amatur.

Pronomi-

Pronominum vero trium genitiui primitiuorum, mei, tui, ſui, noſtri, veſtri, perpetuo capiuntur paſſiue.

amor ſui, odium mei,
memoria noſtri, deſyderium tui,
hoc eſt, quo tu ab alijs deſyderaris.

Iunguntur prædicti genitiui verbalibus & alijs quibuſdam nominibus.

amor, odium, faſtidium, laus,
ratio, ſpes, expectatio,
æſtimator, accuſator, deprecator,
defenſor, detractor,
cultrix, miratrix.

¶ Etiam his nominibus
Natura, vis, exemplum, finis,
abſentia, fama, magnitudo, ſermo,
primordium.

Præterea ijs, quæ partem ſignificant, pars, dimidium, medium, quid, aliquid, quorum exempla paſſim obuia ſunt.

Itaq; quoties aut actionē, aut poſſeſſionē ſignificam⁹, pro his genitiuis vtimur

pronominibus, quæ vocát possessiua.
meus, tuus, suus, noster, vester.
ager meus, quem possideo.
amor meus, quo quempiam amo.
Quædam citra discrimen efferuntur,
causa mei, & causa mea.
Imago mei, & mea: si modo eá intelligas,
quæ me referat, alioqui minime.

Pars & accidens

Partes corporis, & quæcunque vel animo vel corpori insunt, collocantur in genitiuo vel ablatiuo, simul cum adiectiuo laudis aut vituperationis,
Vir magni nasi. puer bonæ indolis.
Magno naso. bona indole.
Quandoque adiectiuũ gaudet ablatiuo,
vir magnus naso. puer bonus indole.
Poëtice autem accusatiuo,
Vir magnus nasũ. puer bonus indolem.
Accidentia sunt, quæ post naturá ipsá rerum, in rebus intelliguntur, vt in aqua calor, in pariete color, in vulpe calliditas,

in homine memoria, probitas, vitium, & similia,

Adiectiua genitiui.

Adiectiua, quæ genitiuũ postulant, per multa in autoribus obseruabis:

Cupidus auri, Ferax tritici,
Studiosus pilæ, nescius culpæ,
Docilis praui, Ignarus viæ,
Prodigus pecuniæ, Rudis literarum,
Memor iniuriæ, Immemor beneficij,
& item alia quàm plurima.

Eodem pertinent participia, dũ accipiuntur vt nomina.

Amans pacis, Doctus pilæ,
Fugitans litium, Consultus iuris,

Quæ ob id nomina sunt, quod comparationẽ ferant: vt amantior pecuniæ q̃ virtutis, doctissimus grãmaticæ: nam vera participia non comparantur.

Præterea participia verbi casum postulant, & tempus notant: amans pacem, vt amo pacem, præsentis temporis.

Genitiuo iungũtur vel datiuo, affinis, communis, similis, & pauca quædam alia, vbi occurrent, memineris.

Partitiua

Partitiua, hoc est, quæcunque partē notant, genitiuum postulant pluralem, aut collectiui nominis singularem: quisque viuentium, nemo mortalium, vter fratrum, vterque eorum, Doctissimus nostræ ciuitatis.

Et solet hic genitiuus declarari, per præpositiones de, ex, inter. pauci virorũ, idest, pauci de vel ex viris, aut pauci inter viros.

Collectiuum nomen est, quod singulari numero significat multa. gens, plæbs, populus, turba, multitudo, ciuitas.

Partitiuorum multæ sunt species.

Vniuersalia, vt omnis, quisque, quicunque, quisquis, vterque, vteruis, nullus, nemo, neuter.

Particularia, quidam, aliquis, alter.

Interrogatiua, quis? vter?
Positiuus, pauci vel multi discipulorũ.
Et breuiter quoduis adiectiuũ potest accipi partitiue: lanarũ nigræ nullũ colorẽ bibũt, hoc est, quæ inter lanas sũt nigræ.
Comparatiuus, manuũ fortior est dextera, id est, inter manus. siquidem vbi iungitur ablatiuo, declaratur, per quàm.
Doctior te, id est, quàm tu.
Superlatiuus, doctissimus poëtarum:
Debet autem comparatio fieri inter res eiusdem generis: male nãque dicas, Hector fortissimus est Græcorum:
Troianus enim erat, non Græcus.
Sed hic cõparatiuus ponetur cum ablatiuo. fortior omnibus Græcis.
Pronomina, animalium hoc rationis est particeps, illud expers.
Numeralia, mille militũ, primus poëtarum, sapientum octauus.
Aduerbia, partim virorum, & quæ veniunt à suplatiuis, omnium dulcissime ca-

nit philomela.
Interdum etiam huiusmodi genitiuus migrat in casum partitiui, ut sit oratio adiectiui & substantiui.
Quis hominum? Quis homo?
Cæterum partitiua sũt eiusdem generis cum toto, id est, genitiuo:
quisq; virorum, quæq; fœminarum.
Excipe collectiua, optimus plæbis.
Et quando cum præcedente quopiá nomine conueniũt: lupus villosissimus animalium, Aetna præcipua montium.

Copia inopia

Quæ copiá aut inopiam significát, nũc genitiuo iungũtur, nunc ablatiuo.
plenus rimarũ, diues agris, & diues agri, refertus pecuniarum, inops consilij, eget defensionis, indiget nũmis, implentur veteris Bacchi.

Accusandi

Verba accusandi, damnandi, absoluendi, monendi, & consimilia, habent geni-

tiuum criminis: accuſauit furti, damnauit inceſtus, arguit mendacij, inſimulat auaritiæ, admonuit errati, traduxit luxuriæ, abſolutus eſt iniuriarum.
Ablatiuus in quibuſdam receptus eſt.
condemnabo te eodem crimine. Cicero.
innocentem iudicio capitis arceſſit.
Adeſt etiam interdum præpoſitio:
de hac re me, velim, admoneas.
Siquidem vbi non eſt proprium nomẽ criminis, ferme vtimur ablatiuo & præpoſitione de: nempe ijs altero, vtro, neutro, ambobus, vtroq;.
homicidij arguis, an ſacrilegij, an potius de vtroq;?

Verba æſtimandi.

Verba æſtimandi gaudent genitiuo:
nihili te facio, huius non facio,
parui ducitur probitas,
maximi penditur nobilitas.
Vſurpatur etiam ablatiuus.

magno vel paruo æſtimat.

Emendi.

Verba emendi, vendendi, & ſimilia, hos admittunt genitiuos, tanti, quáti, pluris, minoris, ſine ſubſtantiuis: vt
Quanti mercatus es codicem?
pluris emi, quàm reuendam.
Alioqui preciũ vel in ablatiuo ponitur, vel ſignatur aduerbio:
tanta pecunia non emam voluptatem,
magno venit triticum,
cariſſime venditur vinum.
Eadem eſt ratio & in cæteris verbis.
quanti docet præceptor.
docet centuſſe in menſes ſingulos.
magno cœnati ſumus.

Impersonalia

Quædam genitiuum habent cũ accuſatiuo: miſeret, & miſereſcit me tui.
piget te laboris, multos vitæ tædet,
non te pudet vanitatis?
noſtri noſmet pœnitet.

Omittitur quandoq; accusatiuus.
pertæsum est coniugij.
Et pro genitiuo est infinitiuus:
Tædet me vitæ, tædet me viuere:

Sum, interest, refert.

Sum significans possessioné, aut ad aliquid pertinere, & impersonalia interest & refert, iunguntur genitiuis:
Cuius est liber? est præceptoris.
Parentum est educare liberos.
Totius interest ciuitatis.
Refert tam populi, quàm principis, hoc est, vtile est populo, & populi siue principis res agitur.
Pro genitiuis pronominum primitiuorum interest, & refert capiunt ablatiuos, mea tua, sua, nostra, vestra:
plurimũ tua refert, nihil interest mea.
Quibus adduntur & genitiui, vnius, ipsius, solius, omniũ, & genitiui participiorũ, & præterea tanti, quãti, magni, parui:
Tua vnius refert.

mea refert fame laborantis,
magni nostra interest.
Alioqui aduerbiis vtimur, vel neutris, quid, aliquid, nihil, & similibus:
maxime nostra interest, quid tua refert.
Verbum est gaudet ntō neutro:
meum, tuum, suum, nostrum, vestrum:
non tuum est ista scrutari.

Genitiuus loci.

Ad quæstionem vbi, respondemus genitiuo nominis proprij, loci minoris:
viuit Bracaræ. Natus est Mediolani.
Et his appellatiuis, humi, domi, militiæ, belli, togæ, & apud Titū Liuium, terræ:
Iacet humi, non est domi.
Genitiuo domi addas licet, meæ, tuæ, suæ, nostræ, vestræ, & alienæ. Aliter opus est præpositione, est in domo paterna, non autem domi paternæ.
Si nomen sit plurale, aut tertiæ declinationis, ponetur in datiuo vel ablatiuo, mortuus est Athenis,

agit Carthagine, vel Cartagini.
Maiora loca, & appellatiua ponūtur in ablatiuo cum præpositione:
vagatur in Italia, Ambulat in foro.
Sed ruri vel rure sine præpositione.
Locus minor, est ciuitas & pagus.
Locus maior, est regio & prouincia.
Appellatiuum ciuitas. Propriū Roma.

¶ Datiuus.

Proprie datiuo ponuntur ea quibus aliquid datur, ideoq; quoduis verbum acquisitiue positum admittit datiuum:
Dedit mihi pecuniam,
huic habeo, non tibi,
non omnibus dormio.
Verum species quædam sunt, quæ præcipue postulent datiuum.

Commodi & incommodi
Prodest omnibus, Nocet nemini,
Cómodo, Incómodo, Opitulor, Faueo
Subuenio, Patrocinor, & nomina,
Gratum tibi, molestum mihi.

Iucundus, Salutaris, Perniciosus,
Vtilis, Idoneus, Aptus.

Imperandi

Præcipio tibi, ne abeas,
Mando, Committo, Edico, Indico.

Nunciandi

Narra nobis istam fabulam,
Dico, Scribo, loquor, Expono.

Obsequij

Obedio, Pareo, obsecundo, morẽ gero,
mos gerendus est Thaidi.

Repugnantiæ

Resistit præceptori,
Refrágor, reclámo, obstrèpo.

Composita quædam sequentium præpositionum.

Præ

Meis præluxi maioribus,
præpolleo, præripio, præmineo.

Ad

Aduolutus est genibus,
admoueo, assideo, admolior.

Con

Commigrauit huic viciniæ.
Conuiuo, commorior, colludo.

Sub

Subiacet fortunæ.
Subiugo, ſubijcio, ſubſum.

Ante

Antepono te omnibus,
Anteſto, antefero.

Poſt

Poſthabeo, poſtpono, poſtpùto,
Poſthabui tamẽ illorũ mea ſeria ludo.

In

Immoritur ſtudijs, imminet capiti,
mors impendet omnibus.
Huiuſmodi cōpioſius alij perſequũtur,
tu autores lectita.

Imperſonalia datiui

Contingit, Accìdit, Euènit, Obtìgit,
liquet, Vacat, licet, libet,
Expedit, & ſiqua ſunt ſimilia.

Eſt habendi

Est mihi pater, id est, habeo patrem. non sunt mihi nummi.

Datiuus ad vel in.

Datiuus ponitur pro accusatiuo & præpositione ad vel in:
It clamor cœlo, id est, ad cœlum,
Inferrétque deos Latio, ad Latium,
Natus ferendis miserijs.

Datiui gemini,

Quandoque duo sunt datiui, quorũ posterior declaratur per præpositionem:
Hæc mihi erũt curæ, saluti, commodo, honori, dedecori, infamiæ, lucro,
Dedit mihi vestem pignori,
Id tibi vertitur vitio.
Omittitur subinde prior datiuus:
hoc laudi est, illud ducitur probro.

Datiuus pro aduerbio

Tempori, luci, vesperi, aduerbiascunt:
luci occidit hominem.

Datiuus passiuorum.

Passiua casum habent ablatiuum inter-

uentu præpositióis a vel ab: laudatur ab his, culpatur ab illis. Sed Græcorum imitatione quandoq; latini capiunt datiuū. explicatum est nobis, id est, à nobis. Sic certat illi, pro cum illo, noli pugnare duobus, hoc est, cum duobus. Græcanica sunt, & rara Latinis.

Datiuus ornatus

Elegantiæ causa præter necessitatem adiungitur datiuus:
suo sibi hunc iugulo gladio.

Genitiui, vel datiui.

Adiectiuis nonnullis vel genitiuus additur, vel datiuus. Similis patris & patri, Dissimilis, affinis, cognatus, amicus. Quanquam vbi est genitiuus, quædam magis videantur substantiua:
amicus & cognatus patri, adiectiue,
amicus & cognatus patris, substantiue.

Variantia

Præstat, præcellit omnibus, & omnes.
Dono tibi munus, & dono te munere.

¶ Accusatiuus actiuorum.

Omne verbum actiuum postulat accusatiuum rei patientis.

amat pecuniam, loquitur mendacium, osculatur matrem.

Actiuum verbũ dicitur, quod actionem significat, siue desinat in o, siue in or.

Actiui generis verbum, quod in. o. desinit, & facit passiuum in. or, vt amo, & huiusmodi.

Accusatiui gemini

Verba docendi, rogandi, vestiendi, duos admittunt accusatiuos

docebo te literas, posce deum veniam, exuit me tunicam.

Postulo, flagito, peto abs te hanc rem, sæpius quàm per accusatiuum.

Exuo, induo, vestio, calceo, cingo, pro altero acctõ frequẽter capiũt ablatiuum: Exuit se chlamide, accinxit se gladio.

Hic posterior casus manet in passiuis: docetur literas, accinctus gladio.

Cæterum

Cæterum vbi duo sūt accusatiui, eiusdē rei, eorum alter fit nominatiuus in passiuo: vt credo te diuitem, crederis diues.

Præpositiones.

Triginta gaudét accusatiuo; quindecim ablatiuo, quatuor vtroqꝫ casu, quas scripsimus supra in secunda declinatione.

Composita

Sæpe verbum compositū seruat casum præpositionis:
adeo patrem,
exeat aula, qui vult esse pius.
Reperitur etiam præpositio:
accede ad ignem hunc.

Tempus

Ad interrogatiuum quàm diu, respōdet temporis accusatiuus, vel ablatiuus sine præpositione vel accusatiuus cum præpositione per.
Totum hic desédi diem,
Vinginti annos natus est,
dormiui horas tres, vel horis tribus.

Quæ nostra per tot annos vidit ætas.
Liuius.
Ad interrogationem quando, respondet tantum ablatiuus:
Nocte vigilas, luce dormis.

Appendix

Surgunt de nocte latrones, & nocte,
Annos ad quinquaginta natus,
Venit tertio Calendas, & ad tertium Calendarum, & tertio Calendarum.

Spacium loci

Tam verbis quàm adiectiuis additur loci spacium, in accusatiuo vel ablatiuo:
abest ab vrbe mille passus,
latus digitos tres,
multis hinc distat passuũ millibus,

Accusatiuus loci

Ad quæstionem quò, respõdemus accusatiuo proprij nominis, loci minoris:
profectus est Romá, iuit Athenas.
Si sint appellatiua, aut locus maior, opus est præpositione:

contulit se in Italiam,
abijt in forum.
Sed redeo domum, abeo rus, citra præpositionem, vt in proprijs.

Accusatiuus reciprocus.

Cuiuis verbo iungi potest accusatiuus, qui idem cum verbo significat:
longum dormiuit somnum,
duram viuimus vitam,
Quem scio solide mea gauisurũ gaudia.

Neutra actiue capta.

Olet vinum, Sapit adustionem,
Nec vox hominem sonat, idest, humanũ sonumq; exhibet.

Impersonalia.

Decet, delectat, iuuat, oportet.
Hæc impersonalia sunt præsente infinitiuo, alioqui personalia:
decet te caste viuere, & casta vita.

Synecdoche

Apud poëtas pars sub accusatiuo iungitur adiectiuo vel verbo:

nudus pedem, doleo caput,
fractus membra labore, hoc est, habens membra fracta labore.

Infinitiuus.

Vt modi finiti postulant ante se nominatiuum, sic infinitiuus accusatiuum.
Scio adolescentem amare, hoc est, scio quod adolescens amat.
Declaramus enim huiusmodi orationes vertendo accusatiuum in nominatiuũ, & infinitiuũ in modum finitũ, & addimus quod vel vt.
Si duo sint accusatiui, is à fronte regitur, qui migrat in nominatiuũ: alter qui manet, a tergo verbi actiui:
nolo filiũ legere poëtas, hoc est, nolo vt filius legat poëtas.
Hic obiter annotãdum, quod post tam, tãtus, talis, adeo, tot, sic, ita, & similes particulas, & post verba rogandi, iubendi, post facio, efficio, fio, curo, studeo, laboro, timeo, vereor, metuo, & cõsimilia ver

ba, sequitur vt, non quod.
Nullum tam impudens mendacium, vt teste careat. Plinius.
Titus Liui. lib. 2. dixit, tanta quoòd, & lib. 4. adeo quòd: Sed hæc notanda potius quàm imitanda.

Esse & similia.

Si verbum postulat nominatiuum à tergo, eundem seruat infinitiuus:
malim esse literatus, quam diues,
vult haberi doctus.
Quod si antecedat accusatiuus, iam etiã sequetur à tergo.
malim me esse literatũ, quàm diuitem.
Sic & datiuus subdendus est, si antecesserit.
Omnibus licet esse beatis.
Quandoq; vice accusatiui, reperitur nominatiuus.
Tutúmq; putauit iam bonus est socer. Lucanus.
Et accusatiuus loco datiui:
expedit bonas esse vobis. Terentius.

Verba cum infinitiuo.

Infinitiuo gaudent verba, quæ vocant
prohæretica, volo, opto, cupio,
gaudeo, malo, nolo, amo.
Sic soleo, cœpi, possum, videor:
amat laudari, studet metui.
Et quædam etiam adiectiua:
paratus facere, perítus cantare.
Et aliquando substantiua:
Sed si tãtus amor casus cognoscere nr̃os.
Verum rarũ est, & Græcismum resipit.

¶ Ablatiuus

Instrumentum, causa & modus notantur ablatiuo, petiit me gladio, tacet metu id est, præ metu, aut propter metum, Accepit me summa humanitate.
Sed modus interdũ cum præpositione:
Tractauit me cum mira comitate.

Pars & accidens.

Pars & accidẽs ablatiuo casu iunguntur
tam verbis, quàm adiectiuis.
ægrotat animo, languidus corpore,

vir insignis ingenio, valet memoria, magnus pietate, exiguus religione.

Ablatiui absoluti

Ablatiui ponuntur absolute, qui declarari possunt per dum, quando, postquá, & huiusmodi particulas:
Grassantibus morbis, ditescunt medici, absumpto patrimonio, mendicauit, me viuo non facies, Cicerone cõsule, Imperante Augusto.

Passiua

Passiuis additur præpositio à vel ab. mordetur à multis, vapulat ab vxore.

Excessus

Præter ablatiuum comparatiuis debitũ apponitur & alter, qui mensuram significat, qua res exceditur:
Multo me ditior est, longior te tribus digitis.
Eundem casum habent & alia, quæcũq; comparationem significant:
Vincit me longo interuallo,

Superat multis partibus.

Implendi

Impleo, onero, & his contraria, postulát ablatiuum:
Impleuit crúmenam argento,
nudatus omnibus ornamentis.

Ablatiuus loci.

Ad quæstioné vnde, & quà, respondem⁹ ablatiuo proprij nominis loci minoris:
Discedo Bracara,
facturus iter Conimbrica,
Adde appellatiua, rure & domo:
Alioqui præpositione opus est, vt in nominibus loci maioris:
E Brabantia migrasse, dolet.
Per Galliam redeundum est.
Hactenus de partibus orationis, & ratione syntaxeos ea cóscripsimus, quæ ferme catholica sunt: iá quæ præterea restant, carptim adnotabimus.

Pronunciatio.

Syllaba, ti, sonat vt, ci, ob sequenté voca-

lem: oratio, diligentia.
Nisi fuerit principium dictionis: tiára.
aut præcedet. ſ. aut. x. quæſtio, mixtio.

De nomine

Primitiuũ eſt, quod a nullo deducitur, ſed eſt aliorum origo: mons.
Deriuatiuũ, quod a primitiuo deriuatur: montanus a monte.
Poſſeſſiuum eſt adiectiuum factum è ſubſtantiuo: paternus a patre.
Diminutiuum, quod rei diminutionẽ ſignificat: opuſculum, paruum opus.
Verbale, quod fit a verbo, & ferme à ſupino: victũ victor victrix, lectum lectio, viſum viſus quartæ declinationis.
Patronymica, quæ fiũt a nominibus patrum, auorum, & ſimilium:
Priamides filius aut nepos Priami.
Verum hæc poëtarum ſunt propria.

¶ Genera nominum.

Genera cognoſcuntur partim ex nominis ſignificatione, partim terminatione,

cuiusmodi supra in declinatiōibus adnotauimus per hic hæc hoc. Ea nūc in summam colligemus, & siquid desideratum sit, addemus.

Masculina sunt nomina
Virorum: Cicero, Virgilius, Terentius.
Deorum: Iuppiter, Mars, Cupido.
Angelorum: Michaël, Gabriel.
Ventorum: Boreas, Cæcias, Libs.
Fluuiorum: Tybris, Turia.
Officiorum virilium: nauta, consul, & quæcunq; in viros tantum quadrant: pater, frater, gener, socer.

Fœminina sunt nomina
Mulierum, Glycerium, Mysis, Dido.
Dearum: Iuno, Venus, Pallas.
Officiorū muliebriū, obstetrix, nutrix, & quæcunq; in fœminas tantū quadrāt: soror, vxor, socrus, nurus.
Arborum, pomus, pyrus.
Excipe hic oleaster, rubus, hoc acer, thus, robur, siler, suber, & forte plura, in qbus

ſpectata eſt terminatio.
Præterea fœminina ſunt nomina.
Regionum: Aegyptus.
Inſularum: Chios, Samos,
Excipe hic aut hæc Leſbos.
Vrbium: Epheſus, Corinthus, Excipe
hoc reáte, argos, tybur, hiſpal,
pro quo tamen hiſpalis dicitur.
hoc præneſte.
hic aut hæc abydos, hic aut hoc anxur,
hic ſulmo, ſpectando terminationem.
Variat etiam genus, quod interdũ ſpe-
ctetur nominis terminatio, interdum a-
liud nomen alterius generis intelligatur:
hic bubo, vt hic ſermo.
hæc bubo, tanquam auis.
hæc oſſa vt ſchola. hic oſſa velut mons.
Hæc Albula vt ſchola: hic Albula, quod
nomen ſit fluuij.
Quare & nomina fabularum ſũt fœmi-
nina, hæc Eunuchus. vnde Terentius.
Trãſtulit in Eunuchum ſuam, cogitãdo

fabulam, non autem terminationem. us. Sic Centaurus fœmininum, quia intelligitur nauis.

Communia ſunt,

Quæ vna terminatione cõueniunt tam viris, quàm fœminis:
accola, aduèna, agricòla, auríga, alienigèna, conuèna, conuíua, fur, hæredipèta, homicída, Idololátra, incòla, indigèna, macèdo, terrigèna. Excipe hoc mancipium & ſcortum: Gellius dixit, neque vino alienigena, ſed patrio vſuros. ſic Plinius, vino indigena. Quáquam etiam reperitur alienigenus, a. um, vt caprigenus, terrigenus.

Duæ terminationes

At quorũdam nominum ſignificatio in vtrumq; ſexu incadit, alia tamen eſt terminatio marium, alia fœminarum:

Gallus	gallina,	Porcus	porca,
Cres	creſſa,	Phœnix	phœniſſa,
Lacon	lacæna,	Fidìcẽ	fidícina,

Psaltes psaltria, Poëta poëtis, & alia cōplura in.a.vel.es, officiorū, gentiū, & familiarū nomina, quorum fœmininū in is.idos propheta vel.es. prophétis, niniuites niniuítis, israelítes israelitis israelítidos.

Communia velut adiectiua.

Vigil,	exul,	obses,	testis,
custos,	cælebs,	cliens,	princeps,
index,	iudex,	opìfex,	vindex,
dux,	redux,	subiunx, & similia.	

reliquis casibus à nominatiuo singulari, eleganter adduntur neutris: vt.
Vigili studio, præsule ligno,
iudice bello. obseruabis authores.
Cicero dixit, princeps exordium.

Neutra sunt

Voces, quæ nō pro rebus capiuntur, sed pro ipsis dictionibus: supremum vale. Quis expediuit psittaco suū chære, apud Persium.
Verba posita pro nominibus: tuū scire,

id eſt, tua ſcientia.
Aduerbia, clarum mane, illud cras.
Literarum nomina, magnum o, verùm interdũ ſũt fœminina, propterea quod intelligatur nomen litera.

Epicœnum genus.

Epicœnum vocant, cum vno genere & terminatione vterq; ſexus notatur: hic anſer, hæc aquila, tam pro maſculo, quàm pro fœmina.

Omnis generis ſunt

Adiectiua, ſed eorum aut terminationes tres, aut duæ, aut etiam vna.

Tres terminationes:

Hic	hæc	hoc
Bonus	bona	bonum,
Niger	nigra	nigrum,
Tener	tenera	tenerum,
Satur	ſatura	ſaturum,
Campeſter	campeſtris	campeſtre.

Duæ terminationes:

hic & hæc dulcis, hoc dulce.

hic & hæc dis, hoc dite.
Sic mediocris, mediocre, alacris alacre.
pro quo & alacer alacris alacre.
hic & hæc doctior, hoc doctius.

Vna terminatio.

Hic hæc & hoc par, memor, arpinas, impos, vetus, quadrupes, deses, inops, intercus, anceps, iners, exors, amans, demens, insons, audax, simplex, felix, atrox, trux,
Quorum omnium pluralia duas habēt terminationes. es communem, & a neu tram, pares paria, & cætera.

Adiectiua substantiue.

Adiectiua substantiue ponuntur ferme neutro genere: triste lupus stabulis, id est res tristis. omnium rerum mors est extre mum id est, res extrema.
Aliquando fœminino: hæc continens, id est, terra, quæ non est insula.
Aliquãdo masculino, hic oriēs, occidēs.
Sic hic molaris, intelligitur enim aut

dens aut lapis.

De singulis terminationibus.

Masculina sunt

O.ónis, el élis, ill lis, ol ólis, ul ùlis.
an, ánis, en énis, in ínis, on ónis, & ènis,
& ontis, er èris tertiæ, & et secundæ,
ir secundæ, or óris, as antis, &as primæ.
es græcum, es ìtis latinum, os óris, os óis,
us secundæ & quartæ, ax ácis, ex ìcis.

Excipe. us. secundæ declinationis.
Hæc aluus, atomus, colus, domus,
humus, intubus, vannus. Et quartæ acus
porticus, tribus, manus, idus.
Hic aut hæc carbasus, ficus, grossus,
lecythus, penus, pharus, specus,
Pampinus masculinum est. Varro, tamē
eo vtitur genere fœminino.
Plurima etiam græca in. os. fœminina,
quæ latine vertuntur in us:
abyssus, arctus, balanus, periodus,
methodus, exodus, synodus, diphthongus, papyrus, amáracus, nardus, byssus,
antidòtus,

antidotus, & cætera.
hoc pelàgus, hic aut hoc vulgus,
Hoc virus indeclinabile.

Fœmininæ terminationes.

a primæ, e primæ, io iónis, do dìnis, go gìnis, as átis, as àdis, es is, es quintæ, is non crescens, us útis, us údis, ix ícis, & monosyllaba in. x.
Excipe. a. primæ:
hic Hadria, cometa, planéta.
hic aut hæc talpa, dama,
hoc pascha, mammona, manna.

Neutræ terminationes

um, a àtis, e is, ac, al ális, en ìnis, ar áris, ur tertiæ, us òris, & èris & uris, vt ìtis.
Quæ aliter sese habent, notata sunt in declinationibus.

Varia terminatio

Quæ varijs terminationibus efferũtur, obseruentur in autoribus. hic penus, hoc penus penòris, hoc penum peni, hoc penu vt genù, & cætera.

Numeralia

Vnus vna vnū, duo duæ duo, tres tria, quatuor, quinque, sex, septem, octo, nouem, decem, vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim septemdecim, octodecim, nouendecim, viginti, viginti vnus, viginti duo, viginti tres, viginti quatuor, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octoginta, nonaginta, centum, ducenti, trecenti, quadringenti, quingenti, sexcenti, septingenti, octingenti, nongēti, mille, bis mille, ter mille, aut substantiue duo millia, tria millia a singulari substantiuo mille.

Primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, octauus, nonus, decimus, vndecimus, duodecimus, decimus tertius, decimus quartus, & ita in cæteris, vigesimus, vigesimus primus, trigesimus, quadragesimus, quinquagesimus, sexagesimus, septuagesimus, o-

ctogesimus, nonagesimus.
Centesimus, ducentesimus, trecente, quadringente, quingente, sexcente, septingente, octingente, nongente, millesimus.

¶ Primæ declinationis.

Græca sic se habent.

as	æ	æ	an	a	a
es	æ	e	en	e	e
e	es	e	en	e	e

hic æneas, hic anchises, hæc ode.
Adam & Abrahá Hebraica, genitiuo & datiuo habent æ Adæ, Abrahæ.
Quanq̃ hæc verius indeclinabilia sunt, aut latina fiunt, Adámus, Abrahámus.
Genitiuo aulái & píctai in Virgilio pro aulæ, & pictæ.
Pater familias pro familiæ Græcorum more, qui genitiuo habent as, vt maias.
Genitiuus pluralis terrigenum, pro terrigenarum per syncopen.

¶ Secundæ declinatonis.

Græca in.eus.sic declinantur.
eus eos ei ea eu eo
Hic Tydeus, Orpheus, nomina virorũ.
Pro.us.&.um. Græci habent os, & on. quorum accusatiuus.on.hunc logõ, hác diphthongon, hoc symbolon.
Attice genitiuus in o, Androgeos andro geo Apollos apollo, virorum nomina.
Olim vnus vni vno, neuter neutri neutro & cætera. hinc apud grammaticos remansit, vt dicát, generis neutri, pro neutrius.
Accusatiuo vulgus, virus, pelagus, sunt enim nomina neutra. quanquam etiam dicitur hic vulgus, hunc vulgum.
Pluraliter dei, deis: & dii, dijs,
Genitiuus deum syncope pro deorum.
Græcus genitiuus.on. pluraliter in quauis declinatione, georgicon, astronomicon.

¶ Tertiæ declinationis
Græcorum fœmininorũ in o, genitiuus

us. hæc Dido didus, Clio clius.
Es etis & is, Chremes chremetis vel chre mis. sic quædam alia.
Genitiuus alituum pro alitum per epen thesin.
Epenthesis est adiectio literæ vel syllabæ in medio dictionis: induperator pro imperator. Contraria est syncope.

¶ Quartæ declinationis.

Hæc ficus fici, vel ficus, arbor est.
Hic ficus fici, fructus, vel morbus quidam.
Hæc ficus fici, & ficus ficus, fructus.

¶ Quintæ declinationis

Dij & die, veteres dicebant pro diei.

¶ Heteroclita,

Quædam nomina mutát vel genus, vel declinationem, vel vtrumq;.
Hic Tartarus ri: hæc Tartara orum.
hic locus, iocus, sibilus, hi loci, ioci, sibili, & hæc loca, ioca, sibila.
hæc pascua æ, hæc pascua orum.
hoc cœlum, rastrum, frenum, capistrum,

porrum, hi cœli, rastri, & cætera.
Hoc epulum li, hæ epulæ arum.
hic euentus, iussus, permissus, quartæ,
hæc euenta, iussa, permissa, orum.
Inuenitur & euentus numero plurali apud Ciceronem.
Acus, arcus, colus, cornus, laurus, pinus, quercus, secundæ vel quartæ.
Sunt quæ carent numero plurali,
Nemo, vesper, fides, vulgus.
Et nomina metallorum: aurum argentum, plumbum.
Et liquorum: oleum, auetum.
Inuenitur tamen vina numero plurali.
Et nomina abstracta, hoc est, substantiua facta ab adiectiuis, vt fides, prouidentia, memoria.
Quædam inueniuntur numero plurali:
Vulgus amicitias vtilitate probat.
Sunt quibus deest singulare,
hi antes, artus, cancelli, liberi pro filijs, manes, natales, penates, vepres,

hæ ædes pro domo, calendæ, diuitiæ, exequiæ, induciæ, insidiæ, minæ, nonæ, reliquiæ, suppetiæ, tenebræ, hæc arma, cunabula, exta, mœnia, præcordia, sponsalia.
Et item alia multa quæ sic vsurpabis, vt in authoribus vsurpantur.

¶ Indeclinabilia.

Nomina in i, gummi, sinapi, nauci, nihil, frugi. Numeralia, quatuor, quinq;, centũ mille. At mille substantiuũ singulare ablatiuum habet milli. plurale millia millium millibus, vt duo millia militum. Nomina literarum, alpha, vita, gamma. Cepe, pondo, nequam, fas, nefas, nil, nihil, instar, ador, tot, quot, præsto.

Indeclinabilia sunt & nomina barbara, id est, nec Latina nec Græca. Noe, Balaam, Bel, Hester, Abel, Adam, Abrahã, quæ tamen solent terminatione aliqua latina donari & declinari: Adámus, Abrahamus, Balaámus, Belus.

Nominatiuo carẽt singulari fœmini-
na precis, vicis, opis, frugis, dapis, necis,
& alia quædam.
Ablatiui sunt, spõte, promptu, iniussu,
permissu, obice, impete, astu, noctu.
Verũ quædam istorũ alios quoq; casus
habent, spontis, obices.
Sunt, quæ aliis certis carent casibus,
sunt & quæ variis terminationibus idẽ
significant, quæ omnia rectius percipiũ-
tur legendis authoribus.

¶ Comparatio irregularis.

Bonus, melior, optimus.
malus, peior, pessimus.
magnus, maior, maximus.
paruus, minor, minimus.
Multus, sine cõparatiuo, plurimus.
multa plurima.
multum, plus plurimum
Plurale autem plures & plura.
Nequam, nequior, nequissimus.
Desinentia in ficus, dicus, loquus, volus,

comparatiuum habent entior, superlatiuum entissimus, tanquã à finitis in ens, magnificus, maledicus, magniloquus, beneuolus, entior, entissimus.
Quãdo vocalis est ante us vel is, vtimur periphrasi, per magis, & maxime.
arduus, magis arduus, maxime arduus.
Tenuis tamen tenuior tenuissimus
Pius, magis pius, piẽtissimus: Nã pijssimus dãnauit Cicero in Antonium, & siquidam eum superlatiuũ vsurpent, inter quos est Quintus Curtius.
Ocyor & ocyssimus, non à positiuo Latino, sed Græco ocys, id est, velox.
Iuuenis iunior, Senex senior, Adolescẽs adolescentior, carent superlatiuo.
Sinister sinisterior sinistimus.

Illìmus

Superlatiuum faciũt in illìmus, Agilis, facilis, gracilis, humilis, similis.
Maturus maturrimus, inuenitur & maturissimus. Vetus veterrimus.

Dexter dextimus.
Potior potiſſimus à potis in quarto Rethoricorum ad Herennium.
Deterior deterrimus,à deter inuſitato.
A præpoſitionibus & aduerbiis.
Ante anterior ſine ſuperlatiuo.
Citra citerior citimus.
Extra exterior extimus & extremus.
Intra interior intimus,
Infra inferior infimus.
Poſt poſterior poſtremus.
Prope propior proximus.
Supra ſuperior ſupremus.
Vltra vlterior vltimus.
Pridem prior primus.
Penitus penitior penitiſſimũs.
Diu diutius diutiſſime.
Sæpe ſæpius ſæpiſſime:
Nuper ſine comparatiuo,nuperrime.
Plautus ab ipſe ſuperlatiuũ fecit ipſiſſimus: vt a patruo patruiſſimus.
¶ In pronomina

Antiqui genitiui erant mis tis sis, nostrũ & vestrum, & capiebantur actiue.
Tres primi exoleuerunt: nostrum autem & vestrum tantum capiuntur partitiue: vnusquisque nostrum, quiuis vestrum.

Hic ad primam personam refertur, iste ad secundam, ille ad tertiam.

Iste & ille componuntur cum hic, nominatiuo, accusatiuo & ablatiuo. istic istæc istoc & istuc, istũc, istanc, istoc istac. Pluraliter autem istæc, cæteris caret. Illic illæc illoc, & cætera.
Quidam aspirant isthic.
Hiccine, hæccine, hoccine, interrogatiua sunt. sic aduerbia huccine, haccine, & siccine, id est, vtrúmne sic?
Pronomini adduntur adiectiones syllabicæ, met, te, ce, pte.
egomet, memet, nosmet, vosmet, sibimet & inde vosmetipsi, memetipso, semetipsam, nobismetipsis, & cætera.
Tute, tutemet.

Huiusce, hasce, illosce, isce pro is.
Meapte, nostrapte, suopte.
Ipsus pro ipse apud Comicos.

¶ In verba

¶ Primæ coniugationis

Verbalia, vetatio, præstatio cubatio, domatio, sonatio, crepatio, notatio, contra legem à supinis in itum.
Sic fricatio, non frictio, tamen sectio sæpius quàm secatio.
Ad eundem modum participia in rus, vetaturus, præstaturus, domaturus.
At verbalia in us, & participia præteriti temporis per i, non a.
crepitus, sonitus, tonitus, us, ui.
vetitus, præstitus, domitus, a, um.

¶ Secundæ coniugationis.

Simplicis arceo arcui, supinũ foret arcitum, vt ostendit compositũ exerceo exercui exercitum, sed non est receptum, inde per syncopen fit nomen arctus.
Conniueo ab inusitato niueo nixi nictũ,

vnde nicto as, & nictus. us. verbale.
Cìtum à cio secundæ, vnde excìto, cócìto recìto. i. breui.
Cítum à cio quartæ, vnde participia accítus, excítus. i. longo.
Rugeo ruxi ructum iam nó est in vsu, hinc ructo & eructo as.

¶ Tertiæ coniugationis.

Verba in cio, dio, gio, rio, & tio, quibusdam locis perdũt vocalem. i. fugis, fuge, fugerem, fugere. vbi analogia postularet fugijs, fugie, fugierem, fugière: vt fugiã fugies,
Analogia est verborum similium declinatio similis, lego legis legit, arguo arguis arguit. inflectio enim est, o, is, it.
Quatio in compositis per. c. scribitur. concutio concussi, concussum. ratio tamen exigeret, conquussi, conquussum. sed mos obtinuit literam. c. quod idem quidam imitantur in secutus & locutus, pro sequutus & loquutus.

Abſcondo etiam habuiſſe ſupinũ abſcõſum arguit verbale abſconſio apud Plinium. vnde & abſconſa in ſacris literis.
Aprendo in euangelio Ioannis legitur prendidiſtis & prendiderunt.
Surgo ſyncope eſt pro ſurrìgo à rego.
Præteritum minxi & ſupinum mictum fit à mingo, vnde mingens in ſacris, & in prouerbio, vnguium criniumq; præ ſegmina nõ cõmingito, ſed pro hoc in vſu eſt meio.
Pepigi, quidam faciunt a pago ſine. n.
A cano Salluſtius compoſito vſus eſt occanuére per a. Eccleſiaſtici viri præcinerunt, & caniturí dixerunt.
Oblìtus. i. breui ab oblìnor.
Oblitus. i. longo ab obliuiſcor.
Accerſo tertiæ, vel accerſio quartæ.
¶ Quartæ coniugationis.
Ambìtus. i. breui, nomen quartæ.
Ambítus. i. longo, id eſt, circundatus.
Hauſurus apud Virgiliũ, velut à ſupino

hausum. olim etiam hauriui hauritum.

¶ Mutila verba

Ausim ausis ausit, ausint, cæteris caret.
Quæsumus à quæso per. u.
Forem fores foret, forent, pro essem.
Composita adforem, proforem.
Faxo faxis faxit, faxunt, indicatiuus.
Faxim faxis faxit, faxímus faxítis faxint. subiunctiuus pro faciam.
Cedo. e. breui, dic vel da, cedite plurale.
Inquam, id est, dico, vel inquio, inquis, inquit, inquiunt, inquibat apud Cicero. inquies, inquiet, inque, inquiens, multis caret.
Infit, id est, incipit.
Salue saluéte saluére. sic aue.
Aio, ais, ait, aiunt. Aiebam integrum.
Aisti, aistis: Aient apud Liuium. Ai imperatiuus. Aiam, aias, aiat, aiamus, aiant, Aiens.
Apàge, id est, amoue, apagète.
Sultis pro si vultis Comicum est, vt sis

pro si vis, cape sis, caue sis, vide sis.

¶ Verborum formæ.

A supinis fiunt verba primæ coniugationis, quæ vocantur frequentatiua, quod assiduitatem vel frequentiam significát: curso, frequenter curro.

Sed supinum primæ coniugationis mutat a in breue, clamátum clamitò.

A deponentibus fiunt deponentia.

Tueor tutum, tutor tutaris.

minor minátum, minitor aris.

Quædam legem non seruant.

Do dato, no nato, a. breui, quæro quærito, fundo fundito, scio scitor, scisco sciscitor, ago agito, cogo cogito, sequor sector, paueo pauito à supino inusitato pauitum, pasco pascito, nosco noscito.

Frequentatiua secunda sunt lectito, actito, factito, lusito, cursito, scriptito, visito, dictito, esito, defensito.

Inchoatiua supra scripta sunt.

Deducũtur autem interdũ ab obsoletis.

ignesco,

ignesco, sanesco, herbesco, liquesco, iuuenesco, senesco, fortesco, macresco.
Nec à secunda solum fiũt coniugatione: præsentisco, concupisco, edormisco, præscisco. repuerasco, veterasco, vetustesco, inueterasco, viuisco, labasco, integrasco, quæ partim é nominibus facta sunt.
Hisco ab hio hias, pro hiasco.
Mēditatiua fiunt à supino, addito rio: partu parturio, id est, cupio parere.
Sic esurio, dicturio, nupturio, micturio, cœnaturio & similia, u. breui.
Cuiusmodi verba quidam vocát desyde ratiua, quod notent desyderium.
Sunt & aliæ verborum deductiones.
Diminutiua, sorbillo, parum sorbeo.
Imitatiua, patrisso, patrem imitor, quæ apud Græcos in. zo. desinunt.
Iam illa, lignor, pabulor, aquor, frumen tor, à nominibus veniunt.
Sic bacchor, vulpinor, cornicor.

Verum hæc te docebit vſus.

¶In ſyntaxin.

¶Adiectiuum.

Terentius. Neſcio quidprofecto abſente nobis turbatũ eſt domi, pro abſentibus nobis. Olim enim abſente & præſente vtrique ſeruiebant numero: vt præſente legatis pro præſentibus legatis, id nunc obſoletum eſt.

Relatiuum.

Relatiuum & antecedens non oportet concordare caſu, quia non pendet ab eodem verbo: accepi literas, quæ mihi fuerunt gratiſſimæ. antecedens literas pẽdet à verbo actiuo accepi, relatiuũ quæ à verbo fuerunt.

Poſt pronomina poſſeſſiua poſitum relatiuum, concordare poteſt cum primitiuo, quod tãquam antecedẽs intelligitur: Nec minas tuas timeo, qui nihil habeas virium, qui reſpicit tu.

Interdum poſt antecedens ſubditur

alterum nomen eiusdem rei cum antecedente, numero tamē aut genere dissidēs, cum quo concordat relatiuum:
celeresq; sagittas corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates. Vergilius.

Nomina infinita, vllus, quis, quisquā, & consimilia, quamuis antecedāt numero singulari, admittere tamen possunt relatiuum plurale:
Si tempus est vllum iure hominis necandi, quæ multa sunt. Cicero.

Quoties relatiuū priore loco ponitur, & antecedens subditur, tum velut adiectiuum & substantiuum eodem casu pēdent ab eodem verbo:
quem emisti codicē, plenus est mendis.
Tamen Vergilius, vrbem quam statuo vestra est, pro vrbs. Et Terentius Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit? pro Eunuchus.
Relatiuum collocatum inter diuersa genera, nunc prius respicit, nunc posterius:

Vnus erat toto naturæ vultus in orbe, quem dixere chaos. Ouidius.
animal plenum rationis & cõsilij, quem vocamus hominem. Cicero.
Vbi verò posterius fuerit nomen propri um, cum eo consentiet relatiuum:
Est locus in carcere, quod Tullianum ap pellatur. Sallustius.

Interrogatiuum

Responsio dissentit ab interrogatione, propter variam verbi syntaxin:
Cuius est liber? est meus.
cuius interest? nostra.
quanti emisti? paruo, care.

Coniunctio.

Sic & cõiũctio dissimiles sortitur casus, quod verbum in syntaxi variet:
nostra non refert, sed præceptoris.
Cicero subiunctiuum coniunxit indicatiuo, in oratione pro Quintio.
postulóne à prætore, vt eius bona mihi possidete liceat? an cum Romæ domus

eius, vxor, liberi ſint, domum potius de-
nunciem?

Caſus thematis

Verbalia in.io.apud veteres caſũ admit-
tebant verbi. Quid me vobis tactio eſt?
apud Plautum.

¶Nominatiuus à fronte

Prima & ſecunda perſona vix explicátur
niſi diſcretionis aut emphaſis cauſa.
Diſcretio. Tu negas, ego affirmo.
Emphaſis. Tu fures accuſas?
Emphaſis eſt, cum latens aliquid è dictis
eruitur, & plus ſignificatur quã dicitur.
Tu fures accuſas? tu inquam, qui ipſe es
furaciſſimus.

Vocatiuus

Vocatiuus peculiariter poſtulat impera
tiuum ſecundæ perſonæ:
Tityre coge pecus.
Sæpe etiam ſine imperatiuo ponitur &
vbiq; conuenit, vbi attentionem poſci-
mus, & quempiam alloquimur, aut vo

camũs: nam inde nomen habet.

Pluit & similia

Vt impersonalia ante se casum nõ habẽt sic nec pluit, ningit, grandinat, lucescit, diescit, noctescit, vesperascit.
Sic, Fieri potest vt fallar, fieri solet, Fere fit, male sit inuidis, bene sit tibi, tan quam impersonalia sunt.
In bene habet, subauditur res.

Aduerbium pro nominatiuo

Partim virorũ sunt occisi, id est, aliqui, Satis est nobis nummorum.
Dic mihi, cras istud, Posthume, quando venit. Martialis. id est, crastinus dies.

Infinitiuus pro imperfecto.

Nos pauidi trepidare metu. Vergilius. id est, trepidabamus.
Inuidere omnes mihi, mordere clanculum, ego non floci pendere. Terentius.
Sic sæpe apud Historiographos.

Nominatiuus à tergo

Audies hæreticus, id est, dic éris,

Cupit audire diues, id est, dici.
Hæc à Græcis accepimus.

Verbum ſubſtantiuum poſt nominatiuos duos numero diſpares, concordat cum poſteriore:
Veſtes quas geritis, ſordida lana fuit,
Omnia pontus erat. Ouidius:
Sin verbum ponatur in medio, reſpicit nominatiuũ priorem: veſtes fuerũt lana.
Niſi forte poſterior regatur à fronte:
Sanguis erant lachrymæ. Lucanus.

Appoſitio

Subſtantiuum ſubſtantiuo apponitur etiam diſpari numero:
ardebat Alexin delitias domini.
Et minus cõmune poteſt eſſe genitiuus:
Nomen Cato, & nomen Catonis,
In vrbe Roma, & vrbe Romæ.

Genera diuerſa

Cõceptio implicita à Grãmaticis dicitur quãdo adiectiuo maſculino intelligitur vterq; ſexus:

Vterq; est formosus, de viro & vxore.
Bisq; die numerant ambo pecus, alter & hœdos; ambo, id est, pater & nouerca.

Cum.

Vt coniũctio copulatiua vult plurale, sic interdum præpositio cum:
Ilia cũ Lauso de Numitore sati. Ouid.

¶ Zeugma.

Cum post id, quod ad diuersa refertur, sequuntur geminatæ coniunctiones, negant fieri posse zeugma:
Male namque dici, ille est bono & ingenio & indole.
Sed in huiusmodi orationibus altera cõiunctio aut omittenda, aut præponenda est hoc modo.
Ille est bono ingenio & indole, vel
Ille est & ingenio bono et indole.
Terentius tamen dixit. Si quid potes aut tu aut hic. Birria.
Similia quoq; apud Ciceronem aliquãdo reperias.

¶ Prolepsis.

Vbi verbum aut adiectiuũ cum toto cõuenerit, commode in partibus intelligitur, quod quadrat:
omnes te diligunt, hic propter literas, ille ob vitæ probitatem.
Totum est omnes: partes, hic, ille.
Exercitus hostium duo: vnus ab vrbe, alter à Galliá obstabant. Sallustius.
Implicitam vocant prolepsim, cum aut totum, aut partes intelliguntur:
Damus operam: tu literis, ego rei.
Coniuges certant, vterq; de imperio.
Curemus æquam vterq; partem.

Oratio congrua sensu.

Sallustius. Magna pars vulnerati, aut occisi sunt, id est, multi sunt vulnerati.
Vbi est illic scelus, qui me hodie perdidit id est, ille scelestus. Terentius,
Pars in frusta secant, id est, aliqui.
Hanc figuram appellant synthesin.
Aperite aliquis ostium. Vim pluralem

inquit Donatus, habet aliquis, quamuis singulariter dicatur: nō enim est aliquis nisi de multis.

Antiptosis

Eleganter in quibusdam receptus est casus pro casu, id est, antiptosis. Id ætatis pro ea ætate, id genus libri, pro eius generis.

Idne estis authores mihi? pro ei us rei.

De genitiuo

Eidem nomini duo quoq; genitiui adduntur.

Me q; nonnulla imperitorum vituperatione timiditatis meæ, consilio & facto suo liberauit. Cicero.

Alter genitiuus actiue, alter passiue capitur: imperiti vituperāt, timiditas vitupe ratur. Iamne sentis belua, quæ sit hominum querela frontis tuæ? Cicero.

¶ De nomine

Comparatiuus & vter de duobus, superlatiuus & quis de pluribus.

Vter doctior? quis doctissimus?
Vterque autem gradus etiam seruat casũ positiui.
Omnium regi gratissimus,
Nemo te charior præceptori.
Positiuo iungũtur, valde, per, perquàm, sane, inprimis, cumprimis, apprime, admodum, & quæ sunt eiusdem generis.
Vir in primis doctus, apprime diues.
Comparatiuo autem gaudent, tanto, quanto, quo, eo, hoc, multo, longe:
Quo ditior, eo superbior.
Superlatiuo, multo, lõge, & quàm pro valde, nam pro quantum additur positiuo, non superlatiuo, nisi cum verbis possum, volo, queo.
Et quãdo sequitur cũ alio superlatiuo:
Epistola quàm elegantissima, longe doctissima, multo copiosissima.
Quàm est arrogans? id est quantum.
Scribas, quàm potes optime.
Quã in minima spe situs erit, tã facilime

patris pacem in leges cōficiet suas, Terē.
Cicero dixit in Lælio. quàm multi pro quàm plurimi, & Terentius, quàm fami liariter.

Quisq; superlatiuo, Omnis & cunctus iunguntur positiuo.
Omnes docti, doctissimus quisque.

Opus indeclinabile sic ponitur.
opus est mihi nummis.
credo tibi nummis opus esse ad hanc rē,
dux nobis opus est.
Casus inest illic, hic erit artis op⁹. Ouid.
Sed hoc est rarum.

Instar montis equum diuina Palladis arte ædificant. Vergilius. id est, ad magnitudinem montis.
Fretus Daui consilio, id est, confisus.
Nulli veterum virtute secundus,
Dignus & indignus honore,
Dignus honoris, ad imitationem Grecorum. Dignus vt honoretur.
dignus quem omnes honorent.

dignus honorari ab omnibus.

Res digna relatu.

Ergo: illius ergo venimus. Virgilius. ideſt, cauſa & gratia. quidam nomẽ, quidam cenſent eſſe aduerbium.

¶ De Pronomine

Poſſeſſiua meus tuus ſuus noſter & veſter, genitiuos admittunt, vnius, ſolius, ipſius, & numerales, duorum, trium, itẽ paucorum, multorũ, omnium, cuiuſq;:
Tua ſolius opera liberatus ſum.
Noſter duorum euentus.
Voluntati veſtræ omnium parui.
veſtris paucorum laudibus.

Genitiuus autem participiorum, tã poſſeſſiuis additur, quàm genitiuis primitiuis.

Vt mea defunctæ molliter oſſa cubent.
Copia placandæ ſit modo parua tui.
Venit ad me purgandi ſui cauſa.

Etiam nominis ſubſtantiui genitiuum iunxit pronomini poſſeſſiuo T. Liuius

lib.7.ab vrbe condita.
Quod meum factum dictúmue cõſulis grauius quam tribuni audiſtis?
Cicero, omnium noſtrum adoleſcentia, pro noſtra omnium, de qua re vide Budæum in Cõmentarijs linguæ Græcæ.

Reciproca

Sui ſibi ſe & ſuus, reciproca ſũnt, hoc eſt, ad id reflectũtur, quod in eadem orationis parte præceſſit:
quiſq; ſe diligit maxime,
nemo ſua ſorte contentus eſt.

Idem huic, & idem cum hoc.

Pronominibus hoc, illud, id, & nominibus quod vel quid, aliquid, nihil, nil, multo liberius vtimur, quàm in nominibus cæteris:
Non ſum id neſcius.
Id mihi anus indicium fecit.

Quid ſit ſententiæ.

Si quid bene de te merui.
Nihil mihi nocuiſti, id eſt, in nullo.

Quod te per amicitiam nostram oro.
Idne estis authores mihi?
Gellius. Filium mihi genitũ scito, quod quidem dijs gratias habeo. quod, id est, propter quod. sic cætera intellecta præpositione declarari solent.

¶ De verbo

Est mihi nomẽ Nicolaus, Nicolai, & elegantissime Nicolao.
Postulatus est repetundarum, & de repetundis.
Expostulauit mecum de silentio.
Misereor tui & tibi.
Miseror rempublicam, cum accusatiuo.
Meminit tui vel de te, id est, fecit tui mẽtionem.
Meminit tui vel te, id est, recordatus est, & memor est.
Venit mihi in mentem illius diei. i. recordor.
Venit mihi in mẽtem ille dies, pro eodẽ.
Obliuiscor, recordor, reminiscor, cũ ge-

nitiuo vel accusatiuo.
Potitus est rerum, id est, vicit.
Potitus est imperio, id est, assecutus est.
Huius potitus loci. T. Liuius.
Egeo & indigeo auxilij vel auxilio.
Impertiam tibi fortunas meas, &
Impertiam te fortunis meis.
Aspersit mihi labem, & me labe.
Instrauit equo penulam, &
Instrauit equum penula.
Medeor tuo dolori.
Medicor tibi & te.
Consulo tibi, do consiliũ, & prospicio:
Vtriq; in cõmune vt consulas. Teren.
Pessime isthuc in te atq; in illum cõsulis. Idem.
Consulere in longitudinẽ. apud eũdem.
Consulo te, peto a te consilium.
At æqui boniq; consulo, id est, accipio in partem meliorem.
Tu tamen hæc quæso consule missa boni. Ouid.

Timeo,

Timeo, metuo, formido tibi, vt amico.
Timeo te, vt inimicum, ne noceas.
Metui à Chryside apud Terentium.
Refero tibi, hoc eſt, narro.
Refero ad ſenatum, in ſenatu propono.
Refero in commentarium, id eſt, ſcribo.
Conſentio tibi, & tecum.
Aſſentio ſiue aſſentior tibi.
Diſſentio tibi, & abs te.
Accedo tuæ ſententiæ, id eſt, approbo.
Acceſſit hoc meis miſerijs, id eſt, ad meas miſerias additum eſt.
Accedit huc, his, & ad hæc.
Conuenit mihi tecum.
Conuenit inter nos
Sæuis inter ſe conuenit vrſis. Iuuenal.
Conuenimus inter nos.
Conſtat hoc nobis, & inter nos.
Contendo tibi & tecum. Contendo hoc abs te, id eſt, vehementer peto.
Platoni diſcere eſt reminiſci, hoc eſt, iuxta Platonis ſententiam.

antecellit omnibus & omnes
Colludo & commorior tibi vel tecum.
Inceſſit mihi cupiditas.
Ineſt illi rei, & in illa re.
Intercedit mihi cum illo amicitia.
Vacat philoſophiæ, dat operam.
Vacat culpa, id eſt, caret.
Interdico tibi domo mea.
Interdictum eſt illis Italia.
Fœminis duntaxat vſum purpuræ inter dicemus. T. Liuius.
Sed prior loquendi modus vſitatior eſt & venuſtior.

Cum eſſem in Mediolano, addita præpoſitione rarum, pro eſſem Mediolani. Contra Vergilius præpoſitioné omiſit
Lauináque venit littora, vt Homerus,
Achaiída gaian hicanei.
id eſt, Achaicam terram venit,

Pluit lapidibus, & lapides.
De cœlo lapidauerat. T. Liuius.
Mereor de te bene, vel male.

Abhorret à literis
Abhorrens famam dixit T. Liuius lib. 4.
Vescor carnibus. Victitat lacte.
Vtor homine familiariter.
Abutitur patientia nostra.
Fruor tuo conspectu.
Fungor magistratu.
Antiqui fungor & vtor ponebant cum accusatiuo.
Defunctus est vita.
Prosequor te odio, amore,
Afficio te honore, damno, iniuria.
Cæterum tam verba, quàm adiectiua, quibus iungitur ablatiuus, plurima sunt nec præcepto vno contineri possunt.
Generale est, ablatiuo illud efferri, circa quod verbum aut adiectiuum versatur.
Præditus ingenio, malitia, scelere.
Promptior lingua, quàm manu.
Eruditus literis Græcis & Latinis.
Quáquá ablt̃ó instrum̃éti, modi, causæ, partis & accid̃étis, precij, materiæ, ferme

comprehensa sunt omnia.

Infinitiuus

Quæcunque ponũtur loco nominatiui ante modum finitum, ea & pro accusatiuo veniunt ante infinitiuum:
Ludere est gratum pueris,
Video ludere gratum esse pueris.
Te vino vti periculosum est,
Scio periculosum esse te vti vino.

Infinitiuus figurate.

Oratio, quæ constat infinitiuo, interdũ sola ponitur, vt à nullo pendeat:
Adeon hominem esse inuenustum, aut infelicem quenquam, vt ego sum?
intelligunt, est ne verum, aut simile.

¶ Gerundia

Gerũdia post se ferme casus habent suorum verborum.
causa salutandi amicos.
ad scribendum epistolam.
Græcis vtendum est vocabulis.
Gerundia in di, etiam adhærent nomini-

bus adiectiuis:
cupidus redeundi in patriam,
certus eundi, peritus nauigandi.
Gerundia in dũ, sine præpositione ponuntur, vbi notatur necessitas.
Viuendum est recte,
abeundum est quàm primum.
Gerundia quoq; in do, interdum ponũtur citra præpositionem:
Frigidus in pratis cantando rũpitur anguis. Vergilius.
Significant gerundia ferme actiue aut neutraliter verborum more.
Raro passiue:
Athenas erudiendi gratia missus, id est, vt erudiretur. Iustinus.
Memoria excolendo augetur, hoc est, dũ excolitur. Quintilianus.
Eleganter gerũdijs vtimur velut adiectiuis, ut cum substantiuo conueniant.
Causa visendi patrem.
causa visendi patris.

Ad ſcribendum literas.
ad ſcribendas literas.
Hoc poſterius ſolent Grammatici vocare nomen gerundiuum.
Pro accuſatiuo gerundij in di, reperies additum genitiuum pluralem:
Veſtri adhortãdi cauſa. Liuius pro vos.
Cum illorum viſendi gratia me in forũ contuliſſem. Plinius.
Sic Teren. Date copiã creſcendi nouarũ.
Gerundium in dum, vbi neceſſitatem ſignificat, non admittit accuſatiuum:
Legendus eſt Cicero, non autem legendum eſt Ciceronem. Græcis vero ſic loqui licet. Graπteon mi ta grammata hoc eſt, ſcribendum eſt mihi literas, pro ſcribendæ mihi ſunt literæ.
Vergilius tamen dixit. Pacémq; ab rege petendum. Atque hic loquendi modus peculiaris eſt M. Varroni de re ruſtica, Et Cic. in. 2. Tuſcul. Iterandũ mihi iſta.
Soluendo peculiarem vſum habet.

non ſum ſoluendo. & addito nomine.
Pauperi ſoluendo non ſumus. Quintili anus.
Nec tamen ſoluendo æri alieno reſpublica eſſet. Liuius.
Simili figura dixit Idem.
Fretus legatum eſſe tolerãdo certamini.

¶ Supina.

Supina in um, & caſum habent verbi, & etiam ſignificationem.
abiit emptum piſces, vt emat.
Vado cubitum, vt cubem.
Cum eſt, abſolute ponuntur:
actum eſt, pugnatum eſt,
quæ tamen videri poſſint præterita perfecta verborum imperſonalium.
Supina in u, nec caſu gaudẽt, nec verbis, ſed adiectiuis abſolute:
Difficile creditu, vt credatur:
Nam in rediit venatu, ſurgit cubitu, nomina ſunt verbalia, non ſupina.

Imperſonalia.

Impersonalibus vocis passiuæ, præter casum verbi, additur ablatiuus passiuorum:
Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatũ est, Cicero.
Non bene, crede mihi, seruo seruitur amanti. Martialis.
At quæ ab actiuis fiũt, non patiuntur accusatiuum: nec enim recte dices, legitur Virgilium, canitur psalmos, sed personaliter, Virgilius legitur, canuntur psalmi.

¶ Participia.

Ponuntur participia præteriti temporis por infinitiuis.
Priusquã incipias consulto: & vbi cõsulueris, mature facto opus est. Salustius, pro consulere, & facere.
Sic cum oportuit.
Ita factum non oportuit. Cicero.
Sublimen raptum oportuit. Plautus.
Non oportuit relictas. Terentius.

In quibus tamen infinitiuus esse commode intelligitur, qualis explicatur in illo Ciceronis.
Hac lege accusatum fuisse oportuit.
Participia præteriti temporis etiam iunguntur istis verbis, facio, curo, do, habeo:
Missa isthæc faciamus.
Omnes vos oratos volo.
Inuentum tibi curabo & adductum Pamphilum.
Effectum dabo.
Habeo commendatum. Cicero.
Futura in. dus. datiuis gaudent.
Colendus omnibus.
Sic verbalia in bilis capta passiue.
flebilis toti populo.
Participia factus, creditus, & talium verborum, quæ duos habent accusatiuos, si ponantur inter diuersa genera, consentient cū priore, si sequantur, cum vtrouis,

Puer creditus est fœmina.
Ludos Megalesia appellatos. Liuius.
Gens vniuersa Veneti appellati.
Participia quædam præteriti temporis, significationem habent actiuam aut neutram:
argutus, cautus, disertus, fluxus, osus, profusus, scitus,& similia.
Quædam & actiuam & passiuam:
Tacitus, tutus, falsus.
Sunt quæ formam tenent participioru͂ cum verbo careant:
Tunicatus, personatus, loricatus.
Ab impersonali pœnitet, fit pœnitendus pro contemnendus, cuius nos pœnitet.

De aduerbio.

En & ecce iunguntur nominatiuo vel accusatiuo.
En Priamus, en quatuor aras.
Ecce autem alter, nescio quid de amore loquitur, Terentius.
Ecce me, qui id faciam vobis, apud eun-

dem in Adelphis.

Minime gentium, festiuitatis gratia genitiuum recipit.

Pridie postridie.

Pridie calendarum & calendas.
Pridie illius diei.
Postridie quàm venissem Bracaram.

Casus aduerbiorum

Aduerbia casum eius admittunt, vnde deductionem habent:
venit obuiam mihi, vt obuius mihi.
propius vrbem, vt prope vrbem.
Doctius te scribit, vt doctior te.

Plus millies audiui, & plus quingētos colaphos, id est, plusquam.

Procul dubio. Procul ab vrbe.

Peregre viuit, abiit, rediit, seruit quieti, motui ad locum, & è loco.

Ne prohibentis iungitur imperatiuo vel subiunctiuo:
Ne nega, Ne feceris.
Ne, an, num, sumpta interrogatiue, gau

dent indicatiuo: dubitatiue autem siue infinite, subiunctiuo.
Obiit ne pater? est ne mortuus?
vise, num cœna sit parata.
nihil interest, feceris ne ipse, an consiliũ dederis.

Quasi.

Quasi, ceu tanquam, perinde, casi, proprio verbo iuncta, petunt subiunctiuũ:
Quasi non ipse fueris in causa.

Coniunctio.

Quanquam, & si, ferme indicatiuis gaudent.
Quamuis & licet, subiunctiuis.
Vt causale tribuitur subiunctiuo.
oro vt venias, iussi, vt faceres.
Eundem habet modum vt pro quãuis:
Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas.

Quod vtriq; modo iungitur.

quod bene vales, gaudeo.
quod habeas male, doleo.

Verum hiſce de rebus congerere præcepta parum cõducit, niſi in authoribus ſedulo verſeris, quorum aſſidua lectio vſum omnium docebit, ſi modo id vnum longe facillimum è Grammaticis perceperis, & ſemper ob oculos propoſueris, nec quoduis verbum cum quouis iungi caſu, nec eundem modum ſemper quadrare in particulas quaſuis.

Nemo vnquam recte linguam didicit, qui nimium tribuit præceptis grammaticis.

Ex authoribus diſcenda eſt, & eorum familiari conſuetudine, qui pure ac terſe loquuntur:

Præpoſitio

Præpoſitio deſtituta caſu, aduerbiaſcit: Supra ſcripæmus, Poſt explicabimus.

Contra procul aduerbium, addito caſu fit præpoſitio: procul vrbe.

Sic clam, coram, palam, quæ ideo inter præpoſitiones recenſuimus.

In

In pro erga, contra, ad, aut iuncta verbo motus ad locum, petit accusatiuum:
Optimo in te est animo,
in omnes maledicus est,
in hoc incumbite,
abijt in patriam,

Quando vero aut quies, aut actus in loco significatur, exigit ablatiuum:
Iacet in lecto, orat in templo,
deambulat in foro.

Sub.

Eodem pacto sub accusatiuũ habet, cũ est motus ad locum, ablatiuum cum ver
properemus sub vmbram, (bo quietis:
sedet sub vmbra,
Sub nocte, id est, in nocte,
Sub noctem, id est, instante nocte.

Super,

Super accusatiui, est contrarium subter, aut significat vltra, præter, post:
fama super æthera notus,

ſuper Indos proferet imperium,
ſuper hæc omnia, id eſt, præter,
Gratias alijs ſuper alias epiſtolis agit. Plinius iunior,
Super cœnam, id eſt, cœnæ tempore.
Super ablatiui, id eſt, de, & in:
rogauit me ſuper valetudine tua. de.
ſuper arbore ſidunt. in.

Subter.

Subter opponitur ſuper, & ferme habet accuſatiuum, etiam citra motum.
ſubter radices, ſubter mœnia.
Vergilius, ſubter denſa teſtudine.

Tenus & verſus.

Tenus & verſus, caſui poſtponuntur.
titulo tenus, capulo tenus,
Romam verſus.
Genitiuum tenus exigit pluralẽ, ſi res ſignificantur geminæ, aut dictio tantum ſit pluralis numeri.
Et crurum tenus à mento palearia pendent, Vergilius,

Nuptiarum tenus,

Vsq;

Vsq; gaudet altera quoq; præpositione, & significat magnitudinem.
ad multam vsq; noctem studet,
venit ab extrema vsq; India.

Præpositio intellecta.

Est mihi loco aut vice patris, i. in loco.

A secretis & similia.

Præpositio. à. vel. ab, eleganter in quibusdam functionem habet muneris:
à secretis, id est, secretarius.
à studijs, pro eo, cuius opera in literarũ studiis vtimur.

¶ Interiectiones.

O exclamantis, pro, heu, hei, væ, quem petant casum, docent sequentia.
O festus dies hominis,
O fortunatos agricolas,
O perfide hospes.
Etiam omittitur, hominem perditum.
Prò dolor.

Prò

Prò deum atq; hominum fidem,
Prò ſupreme Iuppiter,
Heu pietas, heu ſtirpem inuiſam,
Hæi mihi. Væ tibi cauſidice.

¶ Inueſtigatio ſyntaxeos.

Propoſita oratione, ſi compareat verbũ perſonale finiti modi, quæretur nominatiuus: ſi infiniti, accuſatiuus.

Nominatiuus regitur à fronte verbi finiti, aut à tergo verbi ſubſtantiui.

Accuſatiuus aut à fronte infinitiui, aut à tergo verbi actiui, aut à præpoſitione.

Adiectiuum habet ſuum ſubſtantiuũ, aut regitur à tergo verbi ſubſtantiui.

Genitiuus pendet à nomine ſubſtátiuo, aut ab adiectiuo, aut verbo, aut aduerbio

Datiuus & ablatiuus à verbo, adiectiuo aut à præpoſitione.

Vbi comparet relatiuum, expendatur id orationis membrum ſeparatim.

Infinitiuus aut habet ante ſe accuſatiuũ aut pendet à verbo prohæretico, aut adie

ctiuo. ¶ Orationis resolutio.
Orationem declarandi gratia sic dissol uunt. Primo capitur excitandi particula, secundo vocatiuus, tertio nominatiuus afronte verbi, quarto verbum, quinto casus a tergo verbi.
Sexto aduerbiũ, aut præpositio cũ casu, aut adiectiuum, quod casum declaret.
Relatiuũ præit, & si a tergo regatur: sic etiam interrogatiuum & negatiuum.

¶ Partes periodi

Periodus est, vbi absoluitur sententia.
Colon siue membrum pars est periodi, vbi ob verbum sensus aliquis conficitur
Comma siue incisum pars est membri:
Quanto amore & studio cõtenderim, vt pariter in eremo moraremur, cõsciũ mutuæ charitatis pectus agnoscit.
Periodus trium membrorum.
Verum tu quasi paruulus delicatus, contemptum rogãtis per blãdimẽta fouisti: & ego incautus, quid tũ agerem, nescie-

bam.
Periodus è membris.ij,incisis.iiij.

¶ Accentus.

Dissyllaba accinuntur syllaba priore: magnus,domus.
Polysyllaba,penultima syllaba, si longa fuerit,alioqui antepenultima: ridere,edormire,domini,inficerent.
His præceptis metire tá Græca quàm Hebræa,nisi Græce agas, aut Hebraice. Qui plura de accentuum ratione volet, consulat libellũ F.Francisci Menesij viri docti & religiosi,quem de hac re Salmáticæ nuper ædidit nõ minus vtilem quã compendiosum.

¶ Enclitica

Que,ve,ne,antecedentem eleuant syllabam,ob id dictæ encliticæ: Seruus dominúsq; egóne facerem? bonus malús ve.

¶ Quantitas syllabarum

Diphthongus & positio sunt longæ: ætas,cœlum,aura,eurus,pendens,pax.

QVANTITAS SYLLABARVM:

Positio est vocalis posita ante duas consonantes, vincens: aut vnam duplicem. páx, gáza, áio.

Duplex consonans est, x, z. &. i. cõsonans inter duas vocales, áio, báiulo.

Excipe composita, bìiugus, trìiugus.

Mutæ sunt noué, b c d f g k p q t.

Liquidæ quatuor, l m n r.

Syllabæ quædam vocalem habent ante mutam cum liquida, suapte natura breuem, quæ tamen in carmine ratione positionis producitur: vt tenĕbræ in prosa, at in versu tenēbræ vel tenĕbræ.

Prosa est oratio non metrica.

Vocalis ante vocalẽ estbreuis: deus, dei.

Excipe. e. inter duo. i. quintæ declinationis:

speciéi. Excipe etiam áër,

Fio producit. i. fiebam, fiam. nisi sequatur r.

fierem fieri.

Genitiuorũ in, ius. producitur. i. in pro-

ſa: ſed in carmine anceps eſt: vníus & vnì us, præter alterìus ſemper breue, & alíus ſemper longum.
Micháel, rapháel, iſráel, a. producunt.

Deriuata ſeruant quantitatem thematis, vnde veniunt: legebam, legam, lege, legito, legerem, legere, legendi, do, dum, legens, corripiūt ſyllabam le, quia, ſic eſt in præſente lego. Contra legeram, legiſſē legerim, legero, legiſſe, eandem producunt, quia ſic ſe habet in præterito perfecto diſſyllabo, légi.
Arátrum igitur, lauácrūm, inuolúcrum, ſimulácrū, ambulácrū, producūt penultimá, quod fiant à ſupinis productis, arátum, lauátum, & cæteris.

Compoſita quantitatem retinent ſimplicium, etiá diphthongo aut vocali mutata, ſi modo eadem duret conſonans: cædo concído. càdo concìdo.
Excipiuntur multa deriuata, & quædam etiam compoſita, qùæ legendis poëtis di

ligenter ſunt obſeruanda.

I,& o, priores partes compoſitionis corripiuntur: ſacrìficio, zelòtypus.
Græcis conuenit o, latinis i, & quibuſdá etiam græcis. cæterum horum quantitas ſemper petatur à Græcis.
Præpoſitio a, e, de, ſe, di, pro, longa eſt: ámés, éligo, déligo, ſéligo, diligo, pródo.
Excipe dìrimo, dìſertus, pròcella. pròfanus, pròfeſtus, pròficiſcor, pròfiteor, pròfor, pròfugio, pròfundus, prònepos, pròneptis.
Sed procurro & profundo variant.
Præpoſitio ab, ad, in, ob, p, ſub, breuis eſt: àbeo, àdeo, ìneo, òbeo, pèreo, ſùbeo.
Re corripitur: rèficio, rèfero. ſed réfert pro vtile eſt, producit. re.
Præterita diſſyllaba priorem producũt: légi, vídi, & ſimilia. Excipe bìbi, fìdi, ſcìdi, tùli, dèdi, ſtèti.
Præterita geminantia principium, duas priores corripiunt:

cècìdi, tètìgi, pèpùli, tùtùdi.
Excipe pepédi, & cecídi à verbo cædo.
Supina dissyllaba priorem producunt: vísum, lúsum, & similia. Excipe dàtum, stàtum, ràtum, rùtum, lìtum sàtum, sìtum, ìtum, quìtū, cìtum à cieo.
Tamen statúrus a státum. a. producit.
Supina in. tum. è præterito vi, sunt lóga: petíui petítum.
Casuum, & personarum quantitas, suis notis supra ostensa est.
Do cū compositis primæ coniugationis corripit àbam, àbo, àto, àrē, àre, àri, à tus.
Velímus, velítis, símus, sítis, producūt. i.
Rimus & ritis in subiunctiuo, cū breuia sint, in versu quādoq; producuntur, fece rímus, dederítis.
Primæ ac mediæ dictionum syllabæ, potius é poëtis discendæ sunt, quamè grammaticorum canonibus.
Vltimæ syllabæ sic se habent.

A

Casus in. a. corripiuntur:
Schola, scamna, dogma, dogmata.
Excipe ablatiuos, vt schola.
Et numeralia in ginta: triginta, quadraginta, quæ tamen iudicio quorundam, habent quantitatem ancipitem.
Reliquæ partes orationis producuntur: ama, frustra, præterea, supra.
Excipe ita, quia, puta aduerbium.
Postea crebro reperitur breue: sed volūt esse duas dictiones, post ea.
Ah & vah producuntur:
Eia Valerius Flaccus corripit.

E

E, corripitur:
domine, mare, homine, Hercule, scribe, scribere, que, ve, ne enclitica, sæpe, pene, here pro heri, adiectiones syllabicæ, tuapte, suapte.

Producuntur casus in. e. primæ & quintæ declinationis: penelope, die. sic hodie, quotidie, pridie, postridie, quare.

Imperatiui secundæ cõiugationis singulares, doce. At caue, vide, vale, si breuia sunt, veniunt ab antiquis verbis cauo, vido, valo. Vnde & valedico habet. e. anceps.

Producuntur etiam tria pronomina, me te, se, & interiectio, ohe.

Aduerbia fere, ferme, & quæ fiunt ab adiectiuis, pie, pulchre, apprime.

Sed bene & male corripiuntur.

Ne prohibendi producitur.

I

I, longum est: domini, patri, amaui, amari, amandi.

Corripiuntur, nisi, quasi, & moly.

Variant mihi, tibi, sibi, vbi, ibi.

O

O, variat. Leo. ego, amo, amando.

Producuntur monosyllaba, do, o, pro,

Datiui & ablatiui, domino,

Aduerbia ablatiuo similia, vt falso, primo, tanto, quanto.

Corripiuntur cito, modo, quomodo, sero: sin longa reperias, refert ad canonem. Ergo pro causa semper longum est, alioqui syllabam habet ancipitem.

V

V in omnibus producitur, cornu, Iesu.

B

B, corripitur, ab, ob, sub. Excipe hebraica, Iob, Iacob, Aminadab.

C

C longum est, dic, duc, hoc, ac, sic.
Corripe lac, fac, nec, donec.
Hic aduerbium producitur, & scribi solet per. ei. diphongum heic.
Hic pronomen variat.

D & T

D, & t, corripiũtur, illud, istud, ad, apud, sed, quod, quid, caput, amat.
Excipe Dauid.

L

L, corripitur: tribúnal, Hannibal, mel, vigil, pugil, consul, nihil.

Producuntur, sal, nil, sol.
Et Hebræa, Micháël, Isráël.

N

N, longum: titan, ren, hymen, delphin, corydon, non, quin.
Excipe an, forsan, forsitá, in, proin, dein, exin, tamen, attamen,
Et quæ per apocopen facta sunt, vt viden, egon, men, ten, pro vidésne.
En ìnis vt nomen, crimen & cætera.

R

R, breue. vt cæsar, pater, vir, hector, satur, fer.
Producuntur aër, æther, ver, far, nar, par, fur, cur, & quandoq; cor, sed rectius corripitur.
Iber ibéri vel Ibéris habet er longum.
Celtìber anceps est, pro quo etiam dicitur celtibérus, e. longo.

As

As, vbiq; longum scholas, bonitas, amas doceas, foras, & cætera.

Es

Es,longum:vt proles,inquies,ceres,pes cum compositis,homines,dies, ames,amares,doces,leges,audies.

Corripiuntur,penes præpositio,& es à sum,es ìtis,vt miles,es ìdis,vt obses, es ètis,vt teres.

Is

Is,breue:piscis,quis,scribis,scribitis,bis, ais,cis,vnde cisalpinus,cis breui.

Producitur omnis casus pluralis, scholis,dominis.Sic quispro quibus,tris pro tres,quæ scribi solent per diphthongum ei,queis treis.

Item is ítis , is ínis penultima longa: vt dis,lis,quiris,salamis.Sic glis & vis.

Adde vis à volo, sis pro siuis , quamuis, vteruis,quiuis.

Et personas in is,quarum plurale ítis penultima longa:vt sis,possis,adsis,prosis, velis,nolis,audis.

In subiũctiuo,ris,præteriti produci vo

lunt,& inde rímus & rítis,ri.longo.
Sed facile est breuem astruere, si meminę ris cæsuræ, de qua dicemus postea.

Os

Os longum est, dominos, flos.
Excipe compos, impos. os ossis.

Vs

Vs breue: dominus, hic & o fructus, tempus, genus, amamus, piscibus.

Producuntur monosyllaba, mus, thus, sus, grus, & cætera.
Vs quartæ declinationis, præter nominatiuum & vocatiuum singularem.
huius fructus, hi, hos, o fructus.
Vs útis, údis, & úris longum, vt virtus, palus, tellus. adde Iesus.

Græcorum quantitas.

Nomina primæ declinatiõis in as, es, & e, quouis casu producuntur.

as	æ	æ	an	a	a
es	æ	æ	en	e	e
e	es	e	en	e	e

AEneas Anchiſes, Penelope.
Nomina in.a.quædam longa, quædam breuia, tam nominatiuo quá accuſatiuo.
Mna mnan longa.maia maian breuia.
Quædam in es, etiam per.a.latinum declinantur: Atrides vel Atrida, vt poëta.
Sic finita in.a. longum vel e, latinorum quoq; more declinátur per.a.breue: hæc Leda, Helena & ſimilia.
In ſecunda declinatione breuis eſt nominatiu9.os.accuſatiuus.on, & neutra in.ó. exodos, exodon, Glycerion.
Quorundam longus eſt nominatiuus os, & genitiuus o:
Androgeos, Androgeo.
In tertia declinatione corripiuntur genitiuusos, datiuusi, accuſatiuus a.vel in, vocatiuus.i: pluralis nominatiuus es, acſacutiuus.as. Vt pallados, palladi, pallada. Alexin, alexi.arcades, arcadas.
At genitiuus pluralis.on.producitur, & in hac & quauis alia declinatione, hære-

ſeon gergicon.

Corripitur nominatiuus à àtos às àdos ìs èos, ìs ìdos, & es neutrum: vt dogma, monas, geneſis, Daphnis, cacoēthes. Producuntur autem nominatiuūs. o. us. Clio: on quoduis, agon, canon, Cháron. ter téros, crater: is ínis ſalamis: ois oéntos opois: us untos opus: us odos melápus: pluralia neutra in. e. Tempe.

Hæbrea ferme vltímam producunt. Iacob. Ioſeph.

Verſus certis conſtat pedibus,
Pes numerus eſt certarum ſyllabarum.

Pedes diſſyllabi

Spondæus, duæ longæ. – – vincens.
Pyrrhichius, duæ breues. ᴗᴗ deus.
Iambus, breuis cum longa. ᴗ – deos.
Trochæus, longa cum breui. – ᴗ vincit

Pedes triſſyllabi.

Moloſſus – – – mecœnas.
Tribrachus, ᴗᴗᴗ dominus.
Dactylus. – ᴗᴗ ſcribere.

Anapæſtus. ∪∪— pietas.

Pedes quatuor ſyllabarum.

Proceleumaticus. duo pyrrhichij: ariete, ∪∪∪∪.

Choriambus, choræus & iambus: nobilitas —∪∪—. vocatur auté trochæus alio nomine choræus.

Sunt & alij pedes: ſed quos poſuimus in præſentia ſuffecerint, & qui reliqui ſunt, conſtant ex prædictis.

Syllaba longa duo dicitur habere tempora: breuis vnum, ob id quod pronunciando longam ſyllabam, diutius perſiſtimus, quàm in breui.

Verſus hexameter

Hexameter conſtat ſex pedibus, quintus pes ſemper dactylus, ſextus ſemper ſpõdæus, reliqui quatuor aut dactyli aut ſpondæi.

Panditur interea domus omnipotentis olympi. metire pedes:

panditur —∪∪ intere—∪∪ a domus —∪∪

omnipoten

omnipo –uu tentis o –uu lympi ––
Luctantes ventos, tempestatésque sonoras. metire.
luctan –– tes ven –– tos tem ––
pesta –– tésque so –uu noras ––
Musa mihi causas memora, quo numine læso. metire.
Musa mi –uu hi cau ––sas memo –uu
ra quo –– numine –uu læso ––
Syluestrem tenui musam meditaris auena. metire.
sylue –– strem tenu –uu i mu ––
sam medi –uu taris a –uu uena ––
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua. metire.
nos patrì –uu æ fi –– nes & –– dul
cia –uu linquimus –uu arua ––

Vltima syllaba cuiusq; versus est anceps, id est, longa vel breuis, vt loco quadrat. sicut in versu modo posito, arua est spondæus, & syllaba. ua. censetur longa, cum tamen suapte natura sit bre-

iiis.

Ecthlipsis & synalœphe

Ecthlipsis est, quando. m. finis dictionis vna cum præcedente vocali perditur ob vocalem sequentis dictionis.

Synalœphe est, quando vocalis, in quã dictio desinit, perditur ob vocalẽ sequẽtis dictionis.

Velum aduersa ferit, fluctusque ad sydera tollit. metire.

vel ad — — uersa fe — uu rit fluc — —

tus qu ad — — sydera — uu tollit — —

velum ad, vel ad, tus que ad, tus qu ad.

Excipe heu et o, quod etiam corripitur:

Heu vbi pacta fides? vbi quæ iurare solebas?

O vtinam tunc, cum Lacedæmona classe petebat.

Te Corydon o Alexi, trahit sua quẽq; voluptas.

Apud Hebræos. h. iusta est litera, & cũ cæteris collocatur consonantibus, eos in

scriptura sequimur. Græcis tantum est aspirationis nota, hos imitamur, cum de quantitate loquimur: nam. h. nihil ad positionem confert.

Atque humiles habitare casas, & figere ceruos.

atque humi —∪∪ synalœphe est, perinde acsi. h. non adesset.

Quo me cunque rapit tẽpestas, deferor hospes.

deferor —∪∪ dactylus: alioqui si. h. esset consonans, syllaba. ror. producenda esset propter positionem, ror h.

Positio enim est, siue ambæ consonantes sint in eadem dictiõe, siue altera in priore dictione, altera in posteriore, vt in versu modo citato pit tem. — —

Hexameter versus dicitur, quod constet sex metris, id est, mensuris. Vocatur etiam heroicus, quod heroum & re-

gum res gestæ hoc carminis genere describantur, & si alijs quoque materijs adhibeatur.

Cæsura.

Cæsura est decora terminatio vocum in medio versuum, cum post aliquos pedes superat syllaba dictionem finiens.

Cæsura multiplex.

Pentemimeris est, cum superat syllaba post duos pedes.

non insueta graues tentabunt pabula foetas, syllaba ues.

Pentemimeris, id est, semiquinaria: est enim dimidium quinque pedum, nempe duo pedes cum semipede.

Heptemimeris est, cum superat syllaba post pedes tres.

Insere nunc Meliboee pyros, pone ordine vites.

Heptemimeris, id est, semiseptenaria. dimidium videlicet septem pedum.

Trochaica tertia, quando trochæus

dictionem finit post duos pedes.
Non omnes arbusta iuuant, humilésque myricæ. Trochæus busta.
Trochaica quarta post tres pedes.
hic viridis tenera prætexit arũdine ripas.
Trochæus texit.
Optimus versus, qui creber est cæsuris.
Sicelides musæ paulo maiora canamus.
Inamœnus, qui cæsura caret.
Vt te Nasidieni iuuit cœna beati.
Secundus pes ægre dictionem admittit integram.

Pentameter.

Pentameter cõstat duplici pentemimeri, heroica & dactylica, hoc est, habet duos primos pedes hexametri, cum syllaba lõga, quæ sit finis dictionis: deinde duos dactylos cum syllaba.
Cedit amor rebus, res age, tutus eris.
Cedit a –uu amor re –– bus –
res age –uu tutus –uu ris –
Duæ illæ quæ superant syllabæ, pedem

vnum conficiũt, ideoq; pedes sunt qũinq;. Id est enim pentameter, hoc est, mensuræ quinq;.

Alii tertium pedem faciunt spondæum, duos reliquos anapæstos, hoc pacto.

Cedit a –υυ mor re –– bus res ––
age tu υυ– tus eris υυ–

Sine pentemimeri non satis decorus est versus pentameter.

Elegiacum.

Elegiacum carmen constat hexametro & pentametro.

Nec veneris, nec tu vini capiaris amore.
Vno nãq; modo vina venusq; nocent.

Ferme binis versibus, id est, disticho aut sensus absoluitur, aut sententia suspẽditur, perficienda disticho consequente.

Totum poëma huiusmodi distichis cõpositũ vocatur elegia, quæ primo in res tristes, nunc in quasuis quadrat.

Asclepiadeum.

Constat spondæo, dactylo, ac syllaba lõ-

ga, deinde duobus dactylis, nec elegans est sine pentemimeri.
Mecœnas atauis edite regibus.
mecœ – – nas ata – ∪∪ uis –
edite – ∪∪ regibus – ∪∪
Dicitur Asclepiadeum carmen ab inuentore Asclepiade. Alij Choriambicum appellant pedũ gratia: siquidem hunc versum metiuntur spondæo, duobus choriambis, & pyrrhichio, hoc modo.
Mecœ – – nas atauis – ∪∪ –
edite re – ∪∪ – gibus – ∪.
Sapphicum.
Sapphicus versus constat trochæo, spondæo, dactylo, & duobus trochæis.
Abstulit clarum cita mors Achillem.
Abstu – ∪ lit cla – – rum cita – ∪∪
mors A – ∪ chillem – ∪.
Sappho puella primum hoc genere vsa fuit, inde nomen inditum.
Pentemimerim amat & hoc carmen, perinde vt pentametrum.

Post ternos Sapphicos addi plærumq; consueuit versus Adonius, ab Adone inuentore sic appellatus, & constat dactylo & spondæo.

Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti: caret inuidenda.
Sobrius aula.

Phaleucium.

Constat spondæo, dactylo, ac deinde tribus trochæis.

Contentus modicis meóq; lætus.
Conten — — tus modi — ᴗᴗ cis me — ᴗ
oq; — ᴗ lætus — ᴗ

Nomen habet ab inuentore Phaleuco. Dicitur & hendecasyllabum à numero vndecim syllabarum, estq; inelegans citra pentemimerim.

Istos composuit Phaleucus olim,
Qui pentemimerim tenent priorem.

Poëta Catullus primũ pedem in phaleuciis contra aliorũ morem fecit iábũ.

Meas esse aliquid putare nugas.
Meas ⏑– ess' ali –⏑⏑ quid pu –⏑ tarē –⏑ nugas – ⏑.

¶ Iambica.

Locis imparibus recipiunt quinque pedes, iambum, tribrachum, anapæstum, spondæum, dactylum.
Locis vero paribus, iambum, tribrachũ, & apud Comicos anapæstum.
Imparia loca vocant, primum, tertium, quintum,
Paria loca, secundum, quartum, sextum.
Monometrum, dimetrum, trimetrum, tetrametrum, quod cõstat vna, duabus, tribus, quatuor mensuris.
Sed in Iambicis mensuræ siue metri nomine intelliguntur pedes duo.
Catalecticum, cui vna deest syllaba.
Brachycatalecticum, cui duæ.
Hypercatalecticum, cui vna syllaba superest.
Acatalecticum, cui nec quid deest, nec ali

quid ſupereſt,

Monometrum

Ariſtophanium, hypercatalecticum.
Valles per imas.
— — ᴗ — —.

Dimetrum

Euripideum, brachycatalecticum.
Deus decus meum. deſunt
ᴗ — ᴗ — ᴗ —

Anacreontion, catalecticum.
Diſſolue bacche crines, deeſt
— — ᴗ — ᴗ — —

Archilochium, acatalecticum.
ſerena lux micat polo.
ᴗ — ᴗ — ᴗ — ᴗ —.

Alcaicum, hypercatalecticum.
amant venena parricidæ. ſupereſt.
ᴗ — ᴗ — ᴗ — ᴗ — —

Ex his facile liquet, vbi ſuperſit, aut deſit ſyllaba.

Trimetrum

Archilochium, acatalecticum.

Martem fatigat prodicus vitæ furor.
— — ∪ — — — ∪ — — — ∪ —

Scazon, id est claudicans
Nec fonte labra prolui caballino.
— — ∪ — ∪ — ∪ — ∪ — — —

Differt à superiore, quod sexto loco habeat spondæum, quinto Iambum cõmutatis videlicet inter sese pedibus

Tetrametrum
Aristophanium, acatalecticum.
Iudos amat puella nobilis
— — ∪ — ∪ — ∪ — ∪ —
pudicos & leues.
∪ — — — ∪ —

In trimetris ac tetrametris quomodo se habeant catalecticon, brachycatalecticõ & hypercatalecticon, discere licet ex Dimetris.

Sunt præterea & alia carminum genera, trochaica, dactylica, anapæstica, quæ à dominante pede nomen acceperunt, sed quæ exposuimus, tritissima sunt.

Monocolon dicitur, quando carmen constat ex versibus eiusdem generis, vt cum omnes sunt vel hexametri, vel pentametri, vel asclepiadei, vel iambici, & ita de cæteris.

Dicolon est, quando duo miscentur genera, vt hexametrum cum pentametro, sapphicum cum adonio.

Sic tricolon, cum tria, tetracolon cum cóueniunt genera quatuor.

Distrophon vocatur, vbi post secundũ quenque versum, ad prius genus reuertimur, vt in elegiaco.

Tristrophon, vbi post tertium versum.

Tetrastrophon, vbi post quartum.

Monocolon, dicolon distrophó, dicolon tetrastrophon, tricolon tetrastrophó, in odis Horationis passim reperies.

Tristrophon semel tantũ, in ode duodecima libri tertii.

Quæ vero genera cum quibus misceantur, poëtarum docebit lectio.

Horatiuus in lyricis carminibus: Ouidius consulatur in elegiacis: Vergilius & Lucanus in heroicis.

In versu hexametro quintus pes reperitur spondæus, quod rei grauitas, aut alius quispiam mentis affectus tardum pedem postulet.

Chara deum soboles magnum Iouis incrementum,
Constitit, atque oculis Phrygia agmina circunspexit.

Hi spondaici dicũtur versus, & ferme tũ dactylus est loco quarto.

Ex poëta Ennio proferunt versum, qui solis constet spondæis.

Ciues Romani tunc facti sunt Cãpani.

Sextus quoq; pes interdum dactylus.

At tuba terribilem sonitum procul excitat horrida.

quem dactylicum versum appellant.

Quin & anapæstum reperies.

Fluuiorum rex Eridanus, camposq; per

omnes.

Et proceleumaticum quoq;.

Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus.

Qualia raro & seruato temporũ numero poëtæ facere consueuerunt.

Syllaba breuis propter cæsuram fit longa, estq; id ferme in pentemimeri.

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. mor et – – spondæus.

Dona dehinc auro grauia, sectoquè elephanto .est heptemimeris.

Dum sanguis inerat, dum vis materna peregit. guis in e – ∪∪ dactylus.

Cæsuræ licentiam nimis quidã oderũt, quidam ea liberius vtuntur.

Literam.m.veteres non interimebãt.

Insignita fere tum millia militum octo. militum – ∪∪ dactylus.

Nam in illo Ausonii.

Post.m.incisum est, puto, sic non tota videtur. m litera est, non syllaba.

Veteres interimebant literam. s.
Nam fierent iuuenes subito ex infantibus paruis. fantibu -uu dactylus.
Tale putant quidam illud Horatii.
Regis opus, sterilisq; diu palus aptaq; remis. u palu -uu dactylus.
Iuuenalis etiam ecthlipsi vsus est.
Dispositis prædiues hamis vigilare cohortem, diues ha - - spondæus.
Hypermeter versus est, qui post legitimos pedes, syllabã habet superuacaneã, quæ à vocali sequentis versus perimitur ecthlipsi aut synalœpha.
Et dulcis musti Vulcano decoquit humorem, Et foliis vndã tepidi despumat aheni. rem Et foli -uu dactylus.
Sternitur infelix alieno vulnere, cœlumque Aspicit, & dulces moriens reminiscitur agros. quaspicit -uu

Synalœpha & ecthlipsis quandoque vim magnam tenent artificii.
Monstrum horrẽdum, informe, ingens,

cũi lumen ademptum.
Hoc versu Vergilius optime Polyphemum nobis depinxit.
Vocalis vltima quandoque non tollitur synalœpha, sed tantum corripitur.
Et longum formose vale, vale inquit Iola. le vale – uu dactylus.
Quin etiam seruatur vocalis longa.
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. o Ara – uu
Lamentis, gemituque & fœmineo vlulatu. o vlu – uu.

De positione

Positionem esse, cum vtraque consonans est in altera dictione, probant hoc versu Vergiliano, è nono AEneidos.
Ferte citi flámas, date tela, scandite muros. tela – – spondæus.
Nam in illo ex vndecimo, Ponite, spes sibi quisque: sed hæc quá angusta, videtis. & in illo Horatii, Linquimus insani ridẽtes præmia scribæ: & similibus, aiunt s

potius

potius ſpiritum eſſe quàm literam.

Alii legunt, & ſcádite, vel aſcendite, nec locum eſſe volunt poſitioni, & quicquid affertur, præſidio cæſuræ defendunt. Vt illud Vergilii.

Tribulaq; traheæq;, & iniquo pondere raſtri.

Atlas, cocles, cygnus, recludo procneſſos, tecmeſſas, etſi poſitione pro ducantur, natura tamen corripiuntur.

Tempus atla veniet, tua quo ſpoliabitur arbor.

Geminantur quædam verſus gratia, ret tulit, repperit, reppulit: natura enim primam habent breuem.

Diphthógus in eadem dictione ante vo calem etiam corripitur.

Stipitibus duris agitur, ſudibus ue præu ſtis.

buſue præ -∪∪

ſic & in alijs compoſitis à præ.

Reiicio producit re, ratione poſitionis.

At apud Vergilium.
Tityre pascentes à flumine reice capellas.
tollitur alterum i,&.re.breue manet.
est enim reice ca uuuu proceleumaticus,
qui per synæresim fit dactylus.
reice –uu. De synæresi postea.
Systole longam syllabam corripit.
Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion.
Ectasis breuem producit.
Italiam fato profugus Lauináq; venit.
Orion primam natura longam habet.
Italia contra breuem.
Vocalis ante vocalem in Græcis dictionibus sæpe producitur,&alioqui crebro diphthõgus est,quæ putatur vocalis.sed hæc petantur à Græcis,quemadmodum & declinationes Græcanicorum.
Synæresis est,quando in eademdictione duæ syllabæ contrahuntur in vnam.
Seu lento fuerint aluearia vimine texta.
uearia – u u trisyllabum.

Idem contingit in adiectiuis in eus, ferreus, aureus, item eodem, eadem, eosdé, alueo, duodecies, theodosius, aëripedem & quibusdem aliis.

Sic ferme semper synæresim patiuntur, huic, cui, dii, diis à nominatiuo dius, ii, iisdem, & quandoq; proin, dein, dehinc, de est, deerunt, & consimilia.

Cui pendere sua patereris in arbore poma. cui pen – –

Diæresis contra, syllabam diuidit.

Nunc quoque te saluo persoluenda mihi. persolu – uu dactylus.

Id accidit in verbis soluo & voluo.

Tale est syluæ in hoc Horatiano.

Niuisque deducunt Iouem nunc mare

u – u – – – u – – u u

nunc syluæ

– u u –

Versus est Archilochius, constans dimetro & pentemimeri heroica.

V., post. g. q. s. liquescit, nec cósonans est,

nec vocalis, lingua, aqua, ſuauis.
Verum poſt. ſ. interdum fit vocalis, vt in hoc phaleucio Vergilii.
Non lux, non cibus eſt ſuauis illi.
– – – ᴗ ᴗ – ᴗ – ᴗ – ᴗ
Qualis diæreſis etiam reperitur in ſuaſit, ſuetus, & conſimilibus.
Cum mihi non tantum furéſq; feræque ſuetæ.
ᴗ – –.
V, conſonantem aiunt per diæreſim fieri vocalem, in hoc Terentij ſenario.
Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.
I, ſimiliter vocalem credunt in illo ſenario Plauti.
Hoc agite ſultis ſpectatores nunc iam.
Iulius triſſyllabum. Iulus nunc diſſyllabum, nunc triſſyllabum. ſic iazyx.
Iulius a magno demiſſũ nomẽ Iulo.
Horatius autem fecit diſſyllabum.
Iule ceratis ope Dedalæa. ſapphicus.

— ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ — ∪

I,in Græcis ſemper eſt vocalis, Iaſon.
Iambus, Iapix triſſyllaba.
Quare Græci vertentes Hebraica, i con
ſonans Hebraicum neceſſario faciũt vo
calem, dicentes Ioſeph triſſyllabum, cum
Hæbræis ſit diſſylabum יוסף ſcribitur
enim per iod veram conſonantem: id
quod agnoſcentes Latini dixerunt Iudæ
us triſſyllabum.
Græci autem. ioudaios, quatuor efferũt
ſyllabis, quod careant. i. conſonante.
Quam obrem ſiquis Iacobus, Iacob, Ie
ſus, Iudas & huiuſmodi, protulerit i con
ſonante, non peccabit.

Diſſyllabum tamen eſt hebræis Iob, ſi
quidem ſcribitur ſic. איוב quam vo-
cem curioſus quiſpiam exprimeret lati-
ne Iiob, vt prior litera ſit vocalis, poſteri-
or conſonans: adeo vt ſi obſerues hic præ
ceptum de poſitione, Iiob priorem habe
at longam.

ADNOTATIONES.

Quanquam iam vsus obtinuit Iob vnico i. & pleraq; barbara tam Latini, quàm Græci ad suæ linguæ decorum accommodare studuerunt, quæ recepta quisquis mutare voluerit, & nouam scripturam ingerere, ridiculus potius quàm doctus habebitur.

(.·.·.)

✠

NICOLAI CLENARDI PRAECEPTIONES aliquot de ratione docendæ atq; exercendæ linguæ Latinæ.

NIhil magis vtile, quam si discipulis tuis admonitione paruula viam ostendas, qua possint in omni sententia stilum colere.

Teneant quid sit Synonymum, quid Enallage, quid Heterosis, nec aliud quippiam ex toto priore libro Erasmi de copia.

Mihi crede, labore nullo parabunt sibi scribendi facilitatem.

Sed libet hic paulisper ineptire, & me ridendum propinare, credo maximo esse pueris vsui, quæ vos oratores maxime ridetis. Tamen volo, te arbitro, theologus

docere latine.

Synonymiam voco pingui Minerua, quæcunque aliquam habent inter se in significando affinitatẽ: Oro, obsecro, precor, obtestor, supplico, flagito, peto, & cõsimilia, quæ latissime distant, vocabis synonyma.

Postea vbi fuerint prouectiores, per se cognoscent discrimina. Imo etiam voces licet synonyma, delector, capio voluptatem, voluptati est, affectus sum voluptate, &c.

Enallagen intelligo, quoties pars orationis mutatur: nempe vt pro nomine ponas aut verbum aut participium, modo dictiones pendeant ex se mutuo, hoc est, ab iisdem videatur esse principijs, amo, amabilis, amanter, amandus, amor, amator, amicus, amice, amicitia.

Heterosis est: quoties in eadem persisto orationis parte, sed accidentia muto. verbi gratia. Delecto, delector, delectare,

omnia verba sunt, sed vnum actiuũ, secũdum passiuũ, tertium infinitiui modi.

Discunt pueri, nomini quot accidunt? Deinde respondent. Numerus, casus, figura, & ita in singulis partibus orationis. Exiguæ operæ fuerit tuis hæc tria monstrare, Deinde quacunq; oratiũcula proposita, exemplo præire, & parare viam, quomodo calamum debeant exercere. Quid quæso videtur simplicius, quàm hæc oratio, Diligo præceptorem? tamen eam ita meditandam præcipiam, vt non mihi satisfaciant, nisi aliquot centurias tanquam quotidianum pensum reddãt, quæ tamen omnes nihil aliud dicẽt, quã amorem præceptoris. Et quia pueriliter ineptire me coëgisti, & scribere, quæ melius nosti quàm ego: volo te fastidio aliquo necare, & tanquam discipulus aliquot oratiũculas obtrudere, vt dicas, occidit miseros crãbe repetita magistros. Diligo, amo, complector amore, colo,

obſeruo, veneror.
Diligo,dilectio,diligendus.
Amo,amor, amabilis, amanter, amandus,amator.
Amor,amoris,amori,amicus,amicitia.
Infinitas voces contemplatione triũ præceptorum cõminiſci poterit puer, etiam qui vix prima rudimenta perceperit linguæ latinæ, ſi modo inter eos verſetur, quorũ cõſuetudine diſcat latine. Præceptor, magiſter,doctor,doceo,inſtituo,præceptorius,præcipio,doctrina. Propono exilia,& quæ facile contemnas.
Amo præceptorem.
Præceptorem ſuum Hieronymus amat vnice.
Imo Conrardus in diligendo præceptore nulli cedit.
Tu Gaſpar,an quicquam ducis amabilius tam docto magiſtro?
Tres illi diſcipuli eximio quodam amore Vaſæum ſuum proſequuntur.

Nihil mihi amabilius tam amando præceptore.
Ego magistrum meum haud aliter obseruo, atq; parentem.
Quis quæso non obseruaret tam diligẽtem præceptorem?

Videor forsitan tibi ab instituto themate deflexisse, sed audi quorsum spectet istud exercitium. Dum calamum duco, & ob oculos thema meum propono, etiam imprudenti offertur vel aduerbium aliquod, vel adiectiuum, vel comparatio, vel negatio, vel aliud quippiam, quod tanquam circunstet propositá sententiam. Itaque id consequor, vt multorum verborum vsum teneam, quæ alioqui in angulo memoriæ semota, tandẽ omnino obliuioni traderẽtur. At nescio quomodo viua voce magis istud commonstrarem, quàm calamo. Exercui sic D. Ludouicum & qui nec verbum latine loqueretur, nec intelligeret, mirifice

intra pauculos dies promouerat.

Videant discipuli tui orationem illam Erasmi. Literæ tuæ me valde delectarũt. item alteram: Semper dum viuá, tui meminero. & ipsi rationem mutandi obseruent.

Istud fiet à prandio, à cœna, & inter confabulandum: ludus erit plusquam aliorum seria studia.

Tu Hieronyme, amor quomodo mutatur per Heterosin? amoris, amori, & ita per cæteros casus. Fac orationem. Amor meus erga præceptoré longe maior est, quàm verbis queam consequi.

Per genitiuum, cogita si quid in mentem veniat. Omnem amoris cumulũ facile præceptoris nostri virtus superat.

Tu Conrarde, fac periculum in datiuo. Adeo Vasæum nostrum diligo, vt amori meo nihil addi queat.

Tu Gaspar, cogita si tibi vsui sit accusatiuus. Amorem erga te meũ nulla possim

oratione satis repræsentare. Atq; interim variæ sese offerunt voces, quæ & in aliũ vsum valent, verbi causa, quia superius orationem quandam sic clauseram, nulli cedit, quid hoc est? i. à nullo superatur. Vt Conrardus, & si fratre sit ingenio superior, Hieronymus tamen ei diligentia non cedit. Nulli cedo diuitiis, hoc est, nemo me superat diuitiis.

Præceptorem nacti sumus, qui vix vlli Salmanticensium cesserit peritia linguæ latinæ. Nunquã finis erit, si trahere vnũ pergam ex alio, Noster Ripa & Guterrius cõscii sunt institutionis meæ, nec me puduit publice hoc pacto istic formare iuuentutem.

Deinde sic eorum cogitationem per omnia ducebam, vt quocũq; proposito vocabulo, tamen inde thema quocunq; pacto attingerent. Tu Cõrarde, lapis collocetur in oratione. Cogitabit puer, lapis res grauis est, etiã sunt lapides preciosi,

etiam gemmæ sunt lapides. Vbi lapides in altum suapte natura ferentur, desinã amare meum Vasæum. Quando suam grauitatem saxa destituent, mihi quoq; desinet præceptor esse amabilis. Nemo regum, sic gẽmas preciosas amat, atque nos nostrum Vasæum. Breuiter vox nulla tam est aliena, quin trahi queat ad propositum, & interim alia quoq; adferũtur vocabula, quæ vsu splendescunt, situ & carie alioqui peritura.

Iam vero Gaspar, quod amamus, nõ id colimus & honoramus, nonne est apud nos in precio? etiam præceptor, cogita ergo quæcunq; honorem, venerationemq; significant &c. Sexcentis modis licet hanc orationẽ cõmutare, sic vt perpetuo succrescat aliquid cogitanti, vnde licebit & alias innumeras formare oratiũculas, admonitu tantum vnius voculæ.

Verum præstat, vt thema propositũ sit dictum aliquod insigne, nempe sentẽtia

aut adagium, aut celebratus aliquis versus poëtæ. quod si singulis diebus vnum tantum proponatur adagium, dum aliud videntur agere, sensim omnia perdidicerint adagia, quæ alioqui summo studio vix infigerent memoriæ.

Amicorum omnia sunt communia,

Qui verum amicum agit, omnia sua cōmunia habet cum altero.

Non est syncerus amicitiæ cultor, qui omnium suorum amicum nolit habere socium.

Tum demum te censebo iustum amicum, vbi me cōsiliorum tuorum feceris participem.

Diuertā à proposito. Studia sūt mihi cū Vasæo communia. quid hoc est Hieronyme? id est, implicamur & detinemur eisdem literis, & studia tractamus eadē. Nolim cum pestilente communem habere lectum. Imo cū improbis ne domū quidem feram communem. Quicquid

id eſt, quòd ſic agit diſcipulus, ſaltē vox eſt latina. nec hacenus potui rationem videre, quæ vel facilior ſit, vel plus habeat voluptatis.

Ratio illa copiæ, ob id mihi inter Salmá ticenſes præcipue probata eſt, quod voluptate quadam ſeſe proferát vocabula, quæ dicebam eos quidem non ignorare, ſed tanquam obſoleta, in memoria ſepulta delitеſcere, & vſu ſplendere poſſe. Perdura in hoc genere, nihil enim magis viam munit, ad loquendi etiam conſuetudinem. Id hoc pacto tentandum eſt. Vbi iam rationem variandi tenuerint, contẽplatione quatuor aut quinq; figurarum, nam omnes Eraſmi modos nolimo btrudere, cum minore numero idē vtilitatis liceat aſſequi, præſertim ſi ipſi diligenter pertractent duas illas oratiunculas, quas mutauit Eraſmus, eas ſi ſedulo perſcrutentur, ipſi ſibi variandi rationem cominiſcentur, & iſtis opificibus erũt ſimiles, qui

les, qui norunt quidem quo pactocalceũ probe consuant, nec tamen ton tis ergasías aut praxeos longon voce aliqua possint appellare.

Sed redeo vnde veneram. postquam calleant hanc variandi rationem, & scriptas queant oratiunculas ostendere quã plurimas, tuos primum domi sic inter iocandum assuefacias, vt in orbem euntibus vocibus sese exerceant. Gaspar. Semper dum viuam, tui meminero. Balthasar. Prius mihi deus vitam ademerit quàm tui memoriam. Carbo. Omnis iã spes ægro adempta est. Dento. De te spẽ optimam cõcepimus. Nigrinus. At multi spem amicorum frustrantur.

Breuiter vt subsequens semper verbũ aut syllabam prioris excipiat, cuius contemplatione sententiolam aliquam fabricetur, ea sin priori sit consentanea, ad copiam faciet: si diuersa, sensim occasionẽ subministrabit vtendis reiectis vocabu-

lis. Verùm de hac re postea copiosius in deductis. Hæc domi ad focum, & à prandio meditata, proferantur in auditoriũ, & illiciantur exemplis quotquot te audiunt, velintq; & ipsi illic ex tempore alterum subsequi. Quod si deposito pudore facere consuescant, facile vsum consequẽtur cõfabulationis latinæ, qua vna maxime destituuntur Salmanticenses. Id habes in manu mi Vaseæ, vt opera tua ista academia nanciscatur, quod regiis legibus obtineri non potuit.

¶ Venio ad declamationem. Enarrabã Liuium, & vbi offerebatur occasio, arripiebam thema. Vt statim, cum venisset AEneas in agrum Laurentem, diuinabã apud Ludouicum, quidnam dicere bonus AEneas poterat, vt sibi Latini gratiam conciliaret. Hic necesse erat familiariter cõfabulari. Talis erat Aeneas, hoc parẽte, hac matre genitus, ex eo loco venerat, & breuiter ob oculos proponebã atri

buta rerum & personarum, de quibus apud Ciceronem & rhetores. nec tamen ille nouerat, quid essent attributa ista: sed pingui Minerua sic exponebam, vt intelligeret omnia sibi videnda esse, quæ & si non contigissent, accidere tamen potuissent. Principio orationem habebat octo aut nouẽ versuum memoriter, si quidẽ per argumenta & ordine compositam, etiam inter scribendum mandabat memoriæ, adeo vt intra paucos dies sic oraret, vt ferme ipsa sua non diceret verba, sed quia rerum argumẽta & ordinẽ tenebat, ex tẽpore multa dicebat, iam permutandis oratiunculis factus habilior.

Liuium sic docebam, vt non angerer, & si sæpe lineas aliquot non intelligeret, saltem verbulum vnum atq; alterum insigne excerpebat, & summã imaginabatur historiæ. Mirabatur principio Salidus, quòd in totum omissa Grammatica, traducerem puerum ad Liuiũ. Sed re

ipsa cõmõstraui nihil melius esse, quàm omissa carnificina illa, statim authores proponere. Et omnino idem tibi do con silii, vt si sciant discernere inter verbum & nomen, & audiuerint, non omnia ver ba casum eundem postulare, in totũ mis sos facias istos grammaticos canones. Quæ verba quem casum regãt, quomo do formetur præteritum, quomodo fiat genitiuus, comparatiuus, &c.

Omnia præstat vsu discere, quod si ars discenda erit amplior, quàm iam norint, fateantur aperte se artem ignorare, & ta-men velle loqui & scribere quàm elegan tissime. Nescio an hoc loco tibi sententiã meam satis probem. Vera certe est, & ma xime vtilis. Nonne turpe erit totum au-disse Terentium, aut bonam partem Li-uij, & rogatum à nescio quo Grammati co, non posse respondere, quomodo dif-ferant cedo, & cædo in præteritis? imo & si ab hinc triennium id cũ multis aliis tu-

ius ignoret Hieronymus, nihilo tamen erit indoctior, & alioqui imprudens optime ſcribet & loquetur. Rogetur de grā matica ſua Hiſpanica, reſpondere nō poterit, & tamen nouit Hiſpanice. Eadem prorſus ratio eſt in Latinis. Vt omittam iſtas differentias obiter ſubinde in authoribus aſpergi poſſe. Noſter hic Dionyſius, iam ſatis garrit expedite, cum culinā habeat & omnes domeſticos Luſitanos, & tunc demum leget grammaticam, vbi norit bene latine. ſi ſapis, ſic doce tuos.

Vt multas habeas ineptias meas, mitto quod inter ſchedas reperi de puerorum exercitamentis, quæ vos rhetores facile contemnetis, ego tamē re ipſa in me quōdam expertus ſum, quam conducerent iis, qui necdū ex ſe multa poſſint depromere.

Primum eſt deductorū, vbi ferme ſingulæ oratiunculæ habent nouam ſententiam, hoc pacto, deſumatur quæuis ora-

tio vel ex tẽpore effusa. sit verbi gratia. Amo linguam latinam, huius occasione sic puerum cõmonefacio, vt liceat ei per sistere in stili exercitatione vel ad annum vnum. In primis vide, an vllam queas ex cogitate sententiam vbi locum habeat, amo, lingua, latinus. offerent se infinita, vbi puer assueuerit. sit tamen contentus vna, nempe, si mendacium dixeris, præci dam tibi linguam. Hic iam protinus est oratio, quæ septem habet dictiones, quis tam infelicis ingenii, si modo aliquid no rit latine, vt tui pueri, quin aliam senten tiam cõminiscatur? & vt nihil inueniat, credo poterit dispicere, num apud autho rem quippiam legerit, inquo sit vllum eorum verborũ. Mihi iam occurrit *Plau tinus* seruus, si dixero mendatium, solẽs meo more fecero. Alius forte ne id quidẽ poterit, quid adeo rudis erit, vt nõ possit saltem cogitare, præcído est verbum con positum, volo id scribat, iam habet qua-

tuor alias dictiones: pergat. Tibi erũt verba, huic homini verbera, Cur me verberas? Cur me enecas? enectus sũ scribẽdo. Enectus sum immodica siti. Crucior siti: Abeat in malam crucem. Quo abiit præceptor? Præceptorem optimũ nacti sumus. Optimum condimentũ fames. Malim boná famá, quàm longam famẽ. Sed stultus ego, qui te stupidum putẽ, & sic morer. Illud addendum, vt semper curent adiungere adiectiua, aduerbia, & particulas similes, nec cogitet quid verũ sit, sed quid dici queat. Hoc mihi Vasæe vnum videtur esse exercitium perquàm vtile. nam velint nolint reperient, in quo calamum ducant. firmatur memoria auditorum, & nulla vox latina est, quin possit incurrere. vbi sic paruulum vsum habuerint, ad focum licebit cum eis garrire, aut in agro, aut à cibo in porticu, & in orbem eat confabulatio, vt sequens semper præcedentis orationem sibi pro fõte

proponat, vnde necesse sit vel aliam elicere, aut proferre authoritatem classici scriptoris, in quo aliquod tale vocabulum compareat. Deinde vna hora potes eis tradere viginti adagia cõfabulando, quæ consueui sic docere, vt nominata vocula dicerent adagium, Amicus. Amicorum omnia sunt cõmunia. Refero. Par pari referre. Non. Hostium dona nõ sunt dona &c. Puerilia sunt hæc, sed pueri non protinus grãdes materias inueniũt. Hæc illos sensim ducit ad inueniendum.

Deductorum exemplum.
Amo linguam latinam

AMore quodam mirifico prosequor linguam latinam.
Mirus quidã amor sermonis Romani me capit.
Capit me desiderium reuisendæ patriæ.
Incredibili tenetur desiderio redeũdi in

patriam.
Tam impotenti laborat desiderio videndi amicos, vt ferre nequeat.
Eo in literis prouectus est, vt eruditione immodica tanquam laboret.
In ea ciuitate iamdiu peste laboratũ est.
Laborat è dentibus, è capite, è stomacho, ex renibus,
Capitis periculum adirem, modo tibi queam prodesse.
Obiectus est capitali periculo.
Dissidet ab illo capitali odio.
Magno illum prosequitur odio.
Imbrobos viri boni oderunt.
Nihil est tam arduũ, quod improbitate laboris non possis consequi.
Labor omnia vincit improbus.
Vicimus hostes.
Hostes ingentem cladem acceperunt.
De hostibus victoriam reportauimus.
Penes audaces consueuit esse victoria.
Siquidem audaces fortuna iuuat.

O fortũna, vt nunquã es perpetuo bona.
Perpetuo ſtudes.
Nihil aliud quàm ſtudes.
Conficis te immodico ſtudio.
Præualentis populi vires ipſæ ſeſe conficiunt.
Ipſe ſibi mortem conſciuit
Conſcius eſt omniũ meorũ conſiliorũ.
Quid mihi das conſilii.
Sane neq; conſilii neq; auxilii copiam habeo.
Audiui Cæſarem plurimas conſcripſiſſe copias.
Conſcripſit, vt aiunt, ingentem exercitũ.
Quem ducem præfecit exercitui.
Dux hoſtium deſyderatus eſt.
Dux noſter grauiter vulneratus eſt.
Proinde neutra acies læta ex eo certamine abiit.
Vbi aliquandiu certatum eſſet, hoſtes ducem amiſerunt.
Amiſit chariſſimam vxorem, liberos, pa

trem, matrem, ſorores, fratrem, amicum inſignem.
Hem quo redactus ſum, omnes noti atq; amici me deſerunt,
Redactus eſt ad extremam paupertatẽ.
Tu homo rediges me ad inſaniam.
Orãdũ eſt, vt ſit mẽs ſana incorpore ſão.
Opto tibi ſanam mentem.
Optatus eſt nobis aduentus tuus.
Ex animo tibi oẽs aduentũ gratulamur.
Gratiam habeo maximam.
Magnas vero gratias agere Thais mihi?
Agere gratias, agere prædas, actum agere, agere cauſas.
Quid eſt in cauſa, quod tam raro me inuiſis?
Quam cauſam adfers tui ſilentii?
Nulla tibi conſtat ratio tam pertinacis ſilentii.
Habe rationem valetudinis tuæ.
Conſule valetudini tuæ.
Conſulam medicum ſuper hoc morbo.

Quis morbus te detinet?
Senectus ipsa morbus est.
Facile in morbos incidunt, qui nimium indulgent voluptatibus.
Hodie volumus indulgere genio.
Genialis agatur iste dies.
Hilarem hunc sumamus diem
Dies adimit hominibus ægritudinem.
Per speciem honoris spem partus adimit.
Habet eum in summo honore, in summo precio.
Homo est quantiuis precii.
Magni precii liber est.
Quanti hunc librum emisti?
Emi multo pluris quam velim.
Plus habet rationum quam nummorū.
Vir probe nummatus.
Mirum in modum pecuniosus.
Pecuniam in loco negligere maximū interdum est lucrum.
Interpone tuis interdum gaudia curis.

Affectus fui maximo gaudio.
Affecit me summo dolore.
Permultum doloris accepit è morte paterna.
Iam ne obiit parens?
Iam pridem defunctus est.
Iam pridem migrauit ad superos.
Statui migrare ex istis ædibus.
Quid ita quæso? quid causæ est?
AEdes non sunt aptæ studiis meis.
Domus ista perstrepit perpetuis vulgi clamoribus,
Domus amica, domus optima.
Optimum condimentum fames.
Equidem plus cupio famam quàm famem.
Proinde si cupis animo tuo morem gerere, consule famæ tuæ.
Consule honori, valetudini, saluti.
Liuius consuluit memoriæ rerum gestarum populi Romani.
Magnum fecit operæ precium, perscri-

bendis rebus gestis.
Haud exiguum feceris operæpretium, si sedulo perlegeris Liuium.
Profecto sedulo dabo operam, & laborabo pro virili parte.
Dabo operam pro viribus.
Cacus ferox viribus, Herculis boues abigere conatus est.
Multi conãtur, quod præstare nequeũt.
Multi pollicentur, quod præstare nolũt.
Pollicitis diues quilibet esse potest.
Ditior est prolibus, quam pecuniis.

¶ De expolitione

Alteram rationem vocaui expolitionẽ, vbi expendo Liuianam sententiam ex primo libro.
Non ignorabam, quid apud Ciceronem diceretur expolitio. Mihi sic vocare placuit nõ disceptemus de voce, vide an prouectioribus discipulis queat esse vsui. Si me ad eloquentiam componerem, ea ipse vterer.

Leuiq; certamine docet, vanam ſine viribus iram eſſe.

Expolitio

CVM vidiſſet Romulus, plus eſſe hoſtibus iræ quàm viriũ, nihil ſibi magnopere formidandũ eſſe putauit, Propterea quod pugnæ ſoleát ab incitatis animis proficiſci: at victoria penes eos eſſe cõſueuerit, non qui victi vlciſcendi libidine, temere cum hoſte congrediuntur, ſed qui omnia maturo conſilio prouidentes, iuſtas vires ad pugnãdum ſibi collegerũt. Quandoquidem tametſi audaces fortuna iuuat, tamen bellorum euentus non ducis voluntati, ſed militum fortitudini reſpondere ſolet. Nec felix eſt audacia, quæ cæca & inconſulta temeritate ſeſe in pericula proiicit, ſed quæ par viribus opus molitur, alioqui nihil vetaret, quo uis in bello vtramque aciem de hoſtibus

reportare triumphum. Nam quis est,
qui sine ira pugnam capessit? quis non
plenus spe victoriam sibi proponit? & ta
men coronam atq; lauream merētur, nō
ob id, quod efferatis animis ruāt in discri
mina, & confidentes sese in quæuis obii-
ciant pericula, sed quod legitimis freti vi
ribus, & iusto præditi robore, eum demū
hostem ad dimicandum prouocent, cui
vt strenuitate, ita & mole exercitus pares
sese compererunt. Est quidē ira magnū
in certaminibus momentum, & langue-
scentibus alioqui viris ingens calcar ad-
dere solet, ac sæpenumero vsu venit, vt
exercitus apparatu reliquo instructissi-
mus, tamen partibus suis fungi non que
at, propterea quod hoc adminiculo desti
tuatur. Sed tamen nō sunt in ira omnia,
& quamuis addita cæteris mire videatur
efficax, tamen per se ipsa adeo nihil effi-
cit, vt nunquam prodesse, plurimum ve-
ro crebro obesse censeatur. Quemadmo
dum e-

dum enim ignem solidis fretum fomentis, ventorum rabies magis exagitare solet, contra tenuẽ foculum plane dissipare atq; perdere: ita quoties iracundia probe instructum exercitum nacta est, facile hostium aciem perrũpit, atq; prosternit, contra dux modicis copijs, quãto magis irascitur, tanto magis plerumq; salutis viam & victoriæ sibi aditũ intercludit. Nam quod viribus deest, id arte atq; cõsilio pensandum est. Est autem ira consiliorum maxime expers, nec quicquã ratione administrari permittit, sed in morẽ bacchantiũ incerto impetu huc atq; illuc fertur, nec quid possit, cernit, sed quid impotenti desiderio cõcupiscat. Perinde Romulus ludo magis quàm certamine Ceninenses imbelles confecit, quippe robore exercitus adortus non solum paucos, sed etiam effuse dispersos. Non eum latebat, quàm essent imperiti, quanque parum exercitati in gerendis bellis. Nam

si ex disciplina militari rem gerere nouissent, paucitati suæ arte aliqua & dolo cõsulere debuissent. Ita apud sese cogitare oportebat, ingentes copias contra nos cõparauit Romulus, non nos præterit, quàm sint viri prudentes, dudum vidimus vrbem frequentem tectis, eamq; tã breui tantum increuisse opibus. Valent armis, valent & præliandi peritia, sunt inter ipsos pleriq; in agendis prædis exercitatissimi, & olim Romulo duce cum latronibus manus conserere solebant. Ineunda est nobis ratio, vt quoniam omnia habent superiora, astu aliquo & insidiis circunueniantur. Passim pecora nostra atque armenta illorum oculis obiiciamus, forsitan illecti cupiditate prædæ, huc atque illuc populabũdi dilabentur. Nos interim toto exercitu imprudentes opprimemus, si non omnes trucidabimus, partim saltem illorum vires imminuemus, & forsitã Romani ira perciti in

consultius rem suam administrabunt, non solum quòd sese indignũ putabũt vinci à paucioribus, verum etiam quod freti multitudine securius multo vagabuntur. Hæc atq; alia multa eodem pertinentia, cum prouidere merito debuissent Ceninenses, tamen ardore vindicãdi plane inflammati, tanquam cæci ruũt in pericula, tantumque abest, vt vllum fructum iræ suæ tulerint, vt etiam cladẽ maximam acceperint. Siquidem Romulus & militum numero, & arte bellandi præditus, imbelles & ignauos hostes sine vllo negocio in fugam conuertit. Qui enim fieri poterat, vt tantam Romanorum molem inscii armorum Ceninenses sustinerent? Profecto leuis atque adeo nulla dimicatio fuit, dum illi rebus omnibus probe muniti pugnam capesserent isti omnibus bellicis destituti præsidiis, ita tantummodo duce cum fortissimis hostibus confligerent.

Vanis nimirum auſpiciis tam arduum negocium ſuſceperũt,& quemadmodũ, qui principio iactandis minis nimium exultant, poſt vbi ad manus ventum eſt, turpiter fugere cõſueuerunt: haud ſecus iſti Ceninenſes, initio tumidis animis & feruida ira ſeſe periculis obiectantes, re ipſa didicerunt ſeſe omni ſpe fruſtratos eſſe. Didicerũt nihil facilius euaneſcere, quàm indignationẽ, quæ nullis viribus adiuuetur. Totiuſque vrbis excidio docti ſunt, Vanam ſine viribus iram.

¶ Sequitur accommodatio, quæ hoc habet, vt videat puer, poſſit ne verbum authoris in alias res accommodare, quæ ratio coniuncta cum prima, quantam exercitii feneſtram aperit?

Leuiq; certamine docet, vanam ſine viribus iram eſſe.

Exempla accommodationis.

Vana eſt omnis oſtentatio ſcientiæ, niſi ſcientia ſis prædit us.

Vana est magna librorum supellex, nisi doctum lectorem nacta fuerit.

Vanum est pharmacum, quod morbũ non recreat.

Vanus est agrorum cultus, vnde nullũ frugum speras prouentum.

Vanam spem concipit, qui voti compos nunquam euadit.

Vana est vrbis magnitudo sine copia ciuium.

Vanus est dolor, qui malo nõ medetur.

Vana est domus sine familia.

Vanus est promissor immodicus, si nihil præstiterit.

Vana est merx, quæ emptorem non reperit.

Vanus est præceptoris labor sine fructu discipuli.

Vana sine lucro est mercatura.

Leui cura rem istam te docere potero.

Leui negotio totam hanc artem didiceris.

Leuis est laboris docere docilem.
Leuis prouincia est stultis imponere.
Leui pugna vincuntur imbelles.
Leuē admodum operam in hanc rem impendi.
Leue onus imponit, qui rem factu facilem imperat.
Leuia sunt omnia studia, quæ viribus sunt attemperata.
Leuem sarcinam imponit, qui diuiti cōmittit nummos.
Leuem curam iniungit, qui ocium sequi hortatur.

¶ Aliud exemplum copiæ, res persona

Amo linguam latinam.
Quisquis rei tenetur amore,
dat operam, vt ipsam
consequatur.

SVMMVM laborem impendo cõsequendæ linguæ latinæ.
Mirum ſtudium inſumit parãdæ linguæ latinæ.
Curã ingentem adhibet linguæ latinæ.
Magnopere curat ſermonem latinum.
Manibuspedibúſq; conatur, vt perdiſcat linguam latinam.
Toto animo incumbit in linguam latinam.
Studioſiſſimus eſt ſermonis latini.
Incredibilem curam adhibet ſermoni latino.

Iam qui immodico rei ſtudio tenetur, toto animo in eam perpetuo fertur.

Animus meus totus eſt in ſtudio linguæ latinæ.
Nihil cogitat præter linguam latinam.
Soli ſermoni latino intendit animum.
Perpetuo mihi ob oculos verſatur lingua latina.
Qui vero aſſidue de lingua latina cogi-

tat, in ipsa necesse est plurimum occupetur.

Totus est in exercenda lingua Latina.

Lingua Latina me totũ occupatum habet.

Occupatissimus sum in assequenda lingua Latina,

Supra modum distringitur studio linguæ Latinæ.

Quodsi quis negotiis multis inuoluitur, is nimirum eisdem deditus est.

Omnino deditus est linguæ latinæ.

Plane se, quantus quantus est, linguæ latinæ mancipauit.

Me prorsus deuoui musis Latinis.

Studio linguæ Latinæ sese penitus consecrauit.

Se totum addixit sermoni Latino.

Supra quàm dici potest, addictus est musis Latinis.

Nimis quá deuotus est linguæ Latinæ.

Cæterũ qui se plane rei cuipiá tradidit,

is reliqua omnia ſolet poſtponere.
Relictis rebus omnibus, vni linguæ Latinæ dat operam.
Omnia poſthabuit linguæ Latinæ.
Vniuerſa ſimul miſſa fecit, adeo totus ardet deſiderio linguæ Latinæ.
Nihil mihi obtingere poteſt tam charũ, quod præ lingua Latina nõ libenter miſſum faciam.
Neglectui habet omnia, adeo totus eſt in literis Latinis.
¶ Proinde fieri nequit, quin omnibus præferat linguam latinam.
Præfero linguam latinam cæteris omnibus.
Pluris facio linguam latinam, quàm reliqua omnia ſtudia.
Pluris eſt apud me cognitio linguæ latinæ, qnàm cætèræ omnes diſciplinæ,
Maioris momenti eſſe arbitror ſermonẽ latinum, quàm totas Gazas Perſicas.
Maximi ducit, æſtimat, facit, linguam la-

tinam.
Maiore in precio est apud me vnus sermo latinus, quàm Græcorũ linguæ plurimæ.
Quicunq; rem quampiam maximi faciunt, eam laudibus & honoribus celebrant.
Impense laudas studium linguæ latinæ.
Egregius buccinator laudum linguæ latinæ.
Eximiis laudibus effert studium linguæ latinæ.
Miro quodam modo prædicat linguam latinam.
Ohe desine quæso tam vehementer laudare linguam latinam.
Summis laudibus prosecutus est musas latinas.
Ingenti præconio celebrauit linguam latinam.
Maximis laudibus effert linguam latinam.

Honorat, colit, veneratũr linguã latinã. Admiratur, suspicit.

Amo linguam latinam { res / persona.

Hic de copia rationes quæro, & quid est, quod se non in apertũ proferat, si semel puer sic sententiam versare consueuerit? Qui mihi Louanii fuerant cõmissi, hanc præcipue sequebantur rationem, cum iremus deãbulatum per mœnia. Credo ego nullam esse sententiam, quæ non aptari possit ad propositũ thema, vbi puer semel trahendi & eliciendi ratioñe tenuerit. Sũt ibi paucula, sed infinita cõsurgent, si tu semel puriore & castiore sermone rem conscripseris. Ego vt omnia, sic subito in papyrum conieceram.
Præterea in quocunque themate versabar, inter ambulandum quæuis adferebam, & fieri periculum iubebam, possétne ea voce aut ea re sic vti, vt tamẽ nõ multũ

discederet à proposita sententia. Quid quæso facit cœlũ aut terra, ad orationẽ, amo linguam latinam? tentent tamen discipuli. Simulatq; stellæ destituent cœlos, mihi odio ducetur lingua Latina. Prius luna migret in terram, quàm ego desinam prosequi studium linguæ latinæ. Salmantica. Malim pereant omnes causidici Salmanticenses potius quàm ego desciscam à latinis literis ad barbarorum gregem. Inter hæc quantus præceptori patet cãpus, quibusuis de rebus cõfabulandi, & semper aliquid aspergẽdi, quod obiter discipulus arripiat. Nullãne cornix natiua censetur proprietate, quam ad propositum queas aptare? Mihi in præsentia non succurrit, non tamẽ essem mutus. Vbi videris cornices albas, tum me iubeto relinquere cultum latini sermonis, interim discant, quid sit cornicum oculos configere.

¶ Quo pacto prouectiores & grauioribus ſtudiis occupati poſſint in lingua latina proficere.

SEniores iſti facile promouebunt, ſi queant eſſe diſcipuli. eaſdem rationes copiæ ſequantur, & quod olim non fecerũt, ſero potius faciant quàm nunquam, Vnum aliquem authorem legant, aut Terentium aut Liuium iucundum ob hiſtoriam. In eo quod ſuo ſtudio aſſequi poterunt, vſu terant, & tractádo calamo incipiant pueros agere. Neque enim ſũt adeo imperiti, quin tota pagina vnam atque aliquam ſententiam intellegant, eam legant & imitentur. Forte decimá partem libri non aſſequentur, quid periculi? cogitent authorem tanto eſſe minorem. Id ego conſilii ſequutus ſum, cum Lucianum primum legeram. Caueant vero, ne occaſione alicuius vocabuli, lexi

con inspiciant, & perdant bonas horas. Nam id præcipue his subuenire debet, vt quia ætate magis processerunt quàm eruditione, summam temporis rationē habeant, in qua re supra modum peccatur Salmanticæ. Quātum istæ salutationes & manuum illotarum oscula detrahunt? Itaq; quando suspicor istos, qui te adierūt, iuris esse studiosos, ante omnia id efficiendum est, ne sese, vt isthic mos obtinet nimium multis onerent & variis lectionibus. Audiant matutiná & vespertiná, hoc est, eas modo, quibus astricti sunt, si modo velint ad gradus illos licentiæ cōscendere: reliquas horas impartiantur latinis. Quod si, vt fit, feriæ dentur, solidus dies destinetur literis politioribus, donec aliquo vsq; promouerint. Et quia vnum ferme atq; alterū omnes isthic habent consodalem, imponant sibi leges, ne loquantur Hispanice, & vt singulis diebus cōmunicent studia. Per

viam exerceant se in copia & in claustro peractis lectionibus desinant obambulare, sed à lectione statim se domum conferant, & eam vbi relegerint, aut de iis cõtulerint, quæ in scholis audiuerint, tum in manum sumant aut Terentium, aut exercitii calamum. Idem fiat à prandio. Quod Liuium potius dicam quàm Ciceroné, in causa est, quod magis possint isti fructum statim capere è Liuio quá ex illo. Cæterũ si quis mihi obsequi vellet, vnũ tantum adagiorum opus legeret, reliquis omnibus omissis, donec in literis nactus esset aliquid iudicii. Est enim varietate iucundum & plenum. Quod si quis bene versauerit, parũ desiderabit in lingua latina, quantum attinet ad necessarium & loquendi & scribendi vsum, nam de antiquitatibus & recõditis & Budæanis nũc nõ loquor. At insunt Græca. At cogitent ea nõ adesse. Nullũ est adagium, vnde nõ fructũ aliquem decerpant.

Summam rei insculpant memoriæ, & versu vno, si fieri potest, intelligentiam prouerbij complectantur. Quod si satis per se res nota sit, aut sententiam aliquã è commentariis Erasmi excerpant, aut ad aliud pergant. Hoc pacto. Amicorum omnia sunt communia. Non aliud hoc prouerbio neque salubrius neque celebratius, Hæc habeant in memoria ex eo adagio. Facile id quidem. Itur ad scholas verbum celebratius per viam sit in ore. Quid est prouerbium celebratius? quid salubrius? celebris sententia, celeberrima academia, quæ à multis frequentatur.
Salubris sententia, salubre consilium, celeberrimum emporium. Ad hunc modũ semper aliquid referant. & propter duas voculas saluber & celeber, dicant salutẽ, salutare, salutiferam herbam, & potionẽ mortiferam aut morbiferam & celebrẽ, & cætera.
Hoc sit ante prandium. Idem fiat à pomeridiana

meridiana & vespertina lectione. Ne gu
staris quibus nigra est cauda. Ne com-
mercium habeas cũ improbis, & iis, qui
sunt nigris ac infamibus moribus. Ne
mendacem sermonem protuleris, men-
dacium enim in extremis partibus nigre
scit & obscuratur. Hæc à prãdio. Voloq́;
vt ipsi sic hæc potius excerpãt & scribãt,
quàm vt aliena industria fruãtur, qui id
ante fecerunt, vt Barlãdus & alij. Sũmo-
pere vero caueãt, ne multa excerpãt. Hũc
libellum semper secum conferant, vt vbi
que habeant, quòd meditentur. Vt omit
tam, quòd interim ex vnica tantum cõ-
mẽtarij lectione Erasmi, multa inhæreãt
vt quod Socrates ex eo adagio collige-
bat, omnia bonorum esse virorum &c.
Si hæc fecerint, ante annũm erunt expe-
diti, & in calamo & lingua. Quid dein-
de? quod & tuis quoque iuuenibus sit
vsui. Alter inspiciat librum, & vocẽ vnã
modo adagij dicat, nempe cauda. Qua

auditá, lex sit, vt alter adagiũ dicat, quod eam vocem cõtinet. Ne gustaris, quibus nigra est canda. Id aliquando feci cum D. Ludouico & Guterrio ad focum, & singulis noctibus à cœna infigebamus memoriæ decem aut duodecim adagia. Primum sententiam breuiter dicebam, deinde res ibat in orbem. Et præstat, vt principio hæc ordine fiant, vt sese mutuo consequuntur adagia. At postea vbi tres aut quatuor cẽturias tenuerint, tum faciunt periculum, vt vt vox quæpiam in mentem venerit. Quanquã mire facit admemoriam repetendis adagiis sic ordine vocem nominare, ad quàm alter debeat respondere. Sed iam ineptiarum sit modus, cum vix mihi temperare possim, quin ista inculcem ad nauseam, propterea quod res sit utilis, sed à qua isti seniores soleant abhorrere, præsertim quidam, quibus nihil arridet, nisi quod in speciem est magnificum. Itaq; magis

illis satis faceres, si propóeres Solinũ de mirabilibus mundi, &c.

Noui secretarium quendam Imperatoris, qui puectior ætate se tradidit literis. Principio nihil legit, præter Erasmũ, & scribédo id cõsequutus est, vt diceret etiã ornatissime, & scriberet elegantissime. Sed redeo ad Salmanticenses, quos autumo, vt dixi, iuris esse studiosos. Legant libros ipsos digestorũ, qui sunt cõscripti elegátissime, vnde & linguæ politié discét, & suorũ pariter studiorũ curá gerent. Ignosce prolixitati. Carboné meũ nó multũ instituo, tenet declinationes & partem inceperat cõiugationũ, verum istos non emi, vt eos docerẽ, sed vt mihi vsui essét. Itaq; dies totos expédũt in legédo & scribédo. Id præcipue specto, vt manũ & linguá habeát expeditá; cũ enim iã me intelligant, nó multũ laboro, vt ipsi latine sonét. Tépore sciét velint nolit. Tamé excolendæ memoriæ gratia, singulis diebus

sententias aliquot reddunt è Terentio, & eas deinde describunt. Statui tamen post aliquot hebdomadas mensem vnũ capere, in quo nihil sunt lecturi, præter præterita & supina verborũ, & quod conscripsero, licet plane puerile sit, tibi ostendam. Habeo id persuasissimum, posse te isthic etiam analphabeticos intra vnum annum, eo perducere publice, vt idonei sint audiendo præceptori, qui tãtum latine loquatur. Vtinam mihi obsequi posses, & istam scholam à fundamẽtis instituere, non solum tuo commodo Vasæe, sed etiam demerendæ iuuentuti, quæ misere perditur, qua re deo nihil esset gratius, & ego ista etiam ætate non reformidarem id oneris capessere.

DEO GRATIA.

IOANNIS VASAEI DE ORTHOGRAPHIA

praeceptiunculae aliquot

ORATIO, Quintiliano teste, tres habet virtutes, vt emendata, vt dilucida, vt ornata sit.

Emendata erit oratio, si puro cōstet sermone, atq; ab omni vitio alieno.

Vitia vero, quae latinitatem offuscát, duo sunt, Soloecismus & Barbarismus. Soloecismus est vitiosa partium orationis constructio.

Barbarismus, quum vocabulum aliquod vitiose scribitur vel pronunciatur.

Soloecismus, inquit Theodorus Gaza, erratum est in oratione, Barbarismus in dictione.

Soloecismi vitandi rationem docent praecepta Syntaxeos.

Barbarismo peccatur, vel tempore, vel accentu, vel scriptura.
Tempore & accentu, vt si quis dicat domús pro dómus, amauímus, pro amáuimus.
His duobus vitijs medentur ea, quæ de quantitate syllabarum & ratione accentus dicta sunt.
Scripturæ erratis succurrit Orthographia, de qua nobis institutus est sermo.
Orthographia, inquit Quitilianus, est recte scribendi scientia.
Scribimus vero perperam, vel adiectione literæ, vel detractione, vel immutatione, vel transmutatione.
Adiectione, vt rratio pro ratio, ffallo pro fallo.
Detractione, vt patr pro pater, intr pro inter, mhi pro mihi.
Immutatione, vt amabi pro amaui, bonun pro bonum.
Transmutatione, vt lerigio pro religio.

¶ De adiectione

Et adiectione quidem peccant, quicunque plures literas ponunt, quàm sint necessariæ, velut qui diphthongũ ponunt, vbi ponenda non erat, vt si quis scribat fœlix, cum sine diphthongo scribi debeat.

Sic & qui eandem consonantem in principio dictionis aut syllabæ geminant, quod fieri nunquam potest.

Errant enim, qui scribunt ffallo, rratio, llabor, rrequies, quod plærique faciunt, præcipue in his duabus consonantibus, f & r.

Antiqui tamen circa Ciceronis tempora caussa, cassus, diuissiones scribebant, si Quintiliano credimus. Quod in caussa etiam hoc tempore quidam imitantur, in reliquis pœnitus obsoleuit.

Huc pertinet error illorum, qui præteritum si gemino ss scribunt, missi pro misi: quum octo tãtum reperiantur verba,

quæ præteritum in ssi finiant geminato ss: nẽpe hæc, iubeo, quatio, cedo, premo, gero, vro, facesso, capesso, addunt aliqui cudo, sed nescio quàm recte.
Adiectione peccant & illi, qui patriũ sermonem imitati, c literæ apicem supponunt, hoc pacto, ç, quæ peculiaris Hispanis est litera, quoties c consonantem mollius pronunciari volũt. Hoc aliqui vitiose in sermone Latino imitãtur, & scribũt amiçiçia, çepi, feçi. quod in lingua Latina penitus absurdum est & incõcessum. Neq; ab hoc vitio alieni sunt, qui ante s. sequente consonante e tam scribunt, quã sonant, espiritus, espes, esto. Pro quo Lusitani ferè i ponunt, præsertim si sequatur p post s. Dicunt enim ispiritus. Vtrũque æque vitiosum. Contra alij tollunt, vbi ponendum erat, & scribunt stimo pro æstimo.

¶ De detractione.

Detractione literæ varijs erratur modis,

quõo errore liberabũtũr, quicunq; ſequẽ
teis in ſcribendo regulas ſeruauerint.
Nulla ſyllaba fieri poteſt ſine vocali.
Male ergo quidam ſcribunt, patr, matr,
intr, proptr, mgna, & conſimilia.
Præteritum pluſquam perfectum opta- 1
tiui ac ſubiunctiui modi, atq; etiam infi-
nitiui, ſemper ſcribitur gemino ſ: amauiſ
ſem, amauiſſe, docuiſſem, docuiſſe.
Superlatiuus quoq; in ſſimus, duplica- 2
to ſ ſcribendus eſt, doctiſſimus, albiſſi-
mus, pientiſſimus.
Tuus, ſuus, arduus, ſtrenuus et conſimi 3
lia duplici u ſcribenda ſunt, non tus, ſus,
vt ſcribunt nonulli. Neq; minus errant,
qui tuua pro tua ſcribunt,
Q litera, nunquam ſine u liquido poni- 4
tur, quare, querulus, quia, quoniam, ini-
quus. Proinde hallucinãtur, qui ſcribũt
iniqus, qoniam. Nunquam enim q ſi-
ne duabus vocalibus ſyllabam cõſtituit.
Eodem pertinet error illorum, qui in ver

balibus plærũnq; c ante t subtrahũt, scribentes, delitum, fatus, ditum, pro, delictum factus, dictum.

De quibus certa & catholica dari regula non potest. Tantum habenda deriuationis ratio in his, vt in alijs multis.

¶ De immutatione.

Sed & immutatione plurimis peccatur modis, de quibus ordinẽ sequuti alphabeticum, regulas quasdam magis, vt mihi quidem videtur, necessarias pueris, quàm speciosas, crassa Minerua, trademus.

Pleriq; Hispani b pro u: et viciſſim u pro b confuse ponunt, eóque præcipue vitio laborant Cantabri & Astures, quique iis vicini sunt, quanquã hic error paulatim contagio in alios quoque Hispanos serpsit. Cui errori remedium in vniuersũ dari nó potest. Verũ ne nihil fecisse videar, regulas pauculas subiũgẽdas duxi.

Datiui & ablatiui plurales tertiæ, quar-

tæ,& quintæ declinationis, & nonnulli
etiam primæ, quibus adduntur ambo-
bus & duobus,semper habent b ante us,
nunquam u ,hominibus, non homini-
uus,fructibus non fructiuus,& sic de re-
liquis:
Præteritum imperfectum indicatiui mo 2
di omnium verborum, semper habet b
ante am vel ar,nunquam u:amabam,do
cebam,legebam,non amauam, doceuã,
legeuam,vt multi scribunt.
Futurum indicatiui primæ & secundæ 3
coniugationis,& ibo atque quibo sem-
per habẽt b ante o & or,amabo,docebo:
non amauo,doceuo.
Quod de prima persona singulari dico,
hoc de omnibus vtriusque numeri intel
ligi volo.
Præteritum perfectum in vi , u ha- 4
bet ante i, non b. Quatuor enim tan-
tum sunt verba, quæ habeant præteri-
tum in bi,nempe quæ desinũt in bo. Ea

sunt bibo bibi, lambo lambi, scabo scabi, & glubo glubi.

Præteriti orthographiam sequũtur, quæcunque ab illo tempora formantur.

De reliquis, vbi ponendum sit b, vbi u, regula dari non potest, tantum animaduersione opus est, donec aliquis recte scribere assuescat.

C cum t plerique confundunt, cui errori cauendo, multum cõtulerit deductionis consideratio.

Prodest & vocatiui in nominibus proprijs, & in verbis secundæ ac tertiæ personæ animaduersio, Laurentius enim per t scribi debet, non c, quia in vocatiuo habet Laurenti, sic Vincentius, & consimilia. Sentio quoque & percutio, per t, scribẽda sunt, non c, quia in secunda persona dicimus sentis, percutis: Contra facio, iacio, vincio, per c non, per t. Dicimus enim facis, iacis, vincis, non fatis, iatis, vintis. Audacia enim, quod per c scribi debeat,

non t, facile intelliget, qui animaduerte-
rit hoc nomen deduci ab audax, audacis,
audaci. Contra, ratio per t non c, quia de-
riuatur à supino ratum, ratu, ratio, sicut
natum, natu natio. Hæc ratio in verbali-
bus & abstractis plurimum adiuuat. In
reliquis vsus authorum obseruádus est,
& ita quicque scribendum, vt ab illis scri
bitur.

At quoties in primitiuo neq; apparet c, 2
neq; t, rectius per t scribimus, pueritia,
auaritia.

C, ante t, pleriq; Lusitani, de rudioribus
& imperitioribus semper loquor, per i-
tam scribunt, quam proferunt, doitor,
præceitor, pro doctor, præceptor, neque
minus perperá post f, p pro c collocant,
spribo pro scribo, in vtroq; vulgarem pa
triæ sermonem imitati.

D pro t ponunt quidam, amabad pro
amabat: quum nulla verbi persona finia
tur in d: atq; adeo paucissimæ dictiones

in hanc consonantem terminentur, nempe sequentes duntaxat, quid, quod cum compositis, illud, istud, id, aliud, ad, apud.

G pro x quidam vitiose scribunt, magimæ pro maximæ, & aliquando g pro x.

H non est litera, sed aspirationis nota, in Latinis dictionibus vni tantum consonanti post ponitur, puta c, idque olim in tribus tantum nominibus teste Valerio Probo, lurcho, pulcher, orchus: nunc aliquanto pluribus, vt lachrymæ, sepulchrum, inchoo, de quibus A. Gellius *li.* 2. c. 3. In Græcis vero quatuor consonantibus, c, p, r, t, Christus, Philippus, Rhetor, Theologus.

Multa veteres aspirabant, quæ nunc tenuātur, è quibus sunt illa, lurcho, orchus nunc enim lurco & orcus dicimus.

Cōtrà multa tenui spiritu pronūciabāt, quæ nunc aspirātur: lacryma enim illi dicebant & sepulcrum, & triumpus, nunc

Iachryma, sepulchrũm scribimus & triũphus, de qua re meminit A. Gellius. Verũ orthographia cõsuetudini seruit & ideo sæpe mutata est, vt ait Quintilian⁹. I aliquando vocalis, aliquando consonans, imo vero aliquando etiam duplex consonans, scilicet quando duabus vocalibus intercluditur. Hispani patrium sermonem imitati, i consonantem, præcipue duplicem, plerunq; longam literam faciũt, scribentes ad hunc modum, ejus, conjunctus, ejusmodi, pro eius, coniunctus, eiusmodi. Quod aliqui multo etiam vitiosius in i vocali faciũt, dũ scribũt amjcus pro amicus. Sed ea scribẽdi ratio procul a sermone Latino debet abesse. M pro n plerunq; ponũt Lusitãi. Sed & Castellani nonnulli, qui ferè in fine dictionum n pro m, sicut pronunciant, ita etiam scribunt. Pro quo errore vitando notandæ sunt regulæ sequentes.

Ante b, m, & p, in eadem dictione nun

quam ponitur n, sed m: imberbis, immodestus, impiger.

2 Ante alias consonantes in eadem dictione nunquam ponitur m, sed n, incolo indico, infra, ingenuus, inijcio, innouo, inquiro, insurgo, intimo, inuoluo, sic námque, vtrunque plerunque. N ante l & r, ferè transit in easdem sequentes, vt illudo, corrado.

3 Quidam tamen malunt vetusto more scribere inludo, conrado. Sed ego sicut hoc non improbo, ita illud vsitatius affirmo.

4 Nullum nomen, imo nullus casus secundæ declinationis desinit in n, nisi sit nomen Græcum, quod casum terminet in on.

5 Neque vllum nomen neutrum tertiæ declinationis nominatiuum finit in m. neque accusatiuum.

6 Nullus quoque accusatiuus Latinus desinit in n, sed in m. Musam, dominum, sermonem, fructum, diem.

Idem

Idem dicendum de genitiuo plurali La-
no.
Accuſatiuus Græcus primæ declinatio- 7
nis, an aliquando, en ſemper: ſecũdæ on:
tertiæ in, per n ſcribitur, alioqui nũquã.
Nulla perſona verbi deſinit in n, amabã, 8
non amaban, ſic docebam, legebam.
Excipiuntur, quæ patiuntur apocopen, 9
viden, audin.
Præterea male quidam tertiam pluralẽ
per m tam pronunciant quàm ſcribunt,
amabam pro amabant, diſtulerum pro
diſtulerunt, facerem pro facerent.
Nam omnis tertia perſona deſinit in r,
vel t, præter quàm quòd tertia pluralis
præteriti perfecti deſinit etiam in e.
Quod q ſemper requirat u liquidum, iã
dictum eſt.
V bifariam ſcribitur, quando non eſt li- 10
tera capitalis, nempe his characteribus, v
& u: prior initio dictionis, poſterior me-
dio conuenit, Neque enim recte ſcribas,

divinam, ſed diuinam. Quod tam & ſi leuiculum, tamen admonendum quoque duxi. Rudioribus enim iſta ſcribimus, non prouectioribus.

1 Ypſilon litera Græca eſt, & Græcis tantum dictionibus, aut certe Græco fonte cadentibus ſeruit. In principio vero dictionis nunquam ponitur, niſi præcedat aſpiratio, hypocrita, hypotheſis.

Immutatione quoque peccant, qui literam capitalem ponunt, vbi ponenda nõ erat.

2 Si quidem litera capitalis non ponitur, niſi in principio periodi vel nominis proprij, quibus locis non ponere literam maiuſculam, error eſt.

3 Conſimiliter qui diphthongum non ponunt, vbi ponenda erat. velut ſi quis ſcribat muſe preceptor, cum ſcribere debuerit, muſæ, præceptor.

De diphthongo hæc notantur regulæ.

4 Præpoſitio præ ſemper habet diphthon

gum æ, etiam in compositione, vt præcipio, præceptor.

Omnes casus Latini primæ declinationis in æ diphthongo scribuntur, vt musæ, scholæ. 5.

Sic & casus pronominum plurales, qui instar primæ declinationis inflectuntur, vt istæ, illæ, & reliqui.

Sed Penelope & huiusmodi, quando habent inflexionem Græcã, e monophthõgo scribuntur. Vertitur enim ita in e longum. 6

Nomina tertiæ & quintæ declinationis nunquam habent diphthõgum in fine, atque adeo extra primam declinationẽ nullæ omnino dictiones æ diphthongo clauduntur, præter væ, papæ, & næ, quando est affirmatiua particula. 7

In reliquis regula certa dari non potest, sed vsus authorum est obseruandus.

¶ De transmutatione

Transmutatione peccatur trifariam.

Primo,ſi quis literarum ordinem inuer=
tat,vt ſi quis cropus pro corpus ſcribat.
8. Deinde,ſiquis ſyllabam diuidat, exem=
pli gratia,ſiquis ſcribens amabant, line=
am aliquam ſic claudat,amaba & ſequē=
tem ſic ordiatur nt,aut ſic ſanct us. Nō
enim poteſt eadem ſyllaba diſtrahi in di
uerſas lineas.
9 Poſtremo,ſi quis dictionem ſequenti li=
nea terminans,conſonantes non quibus
debuit vocalibus iungat,aut non conue
nienter diuidat,velut ſi quis hanc dictio
nem ſanctus diuidat hoc pacto ſa nctus,
vel ſic ſanc tus,quū ſecanda ſit ad hunc
modum,ſan ctus.
Pro qua re notandi ſunt ſequentes cano
nes,quos ex Theodori Gazæ libro quar
to ſumptos,inſtituto noſtro accōmoda=
bimus.
1. Omnis cōſonans,ſi inter duas cadat vo=
cales in eadem dictione, cum poſteriori
proferenda & ſcribēda eſt,a go, fe ro,do=

mo.

Quæcũquẽ diuersæ speciei consonãtes, 2
principio dictionis iungi possunt, eædẽ
in medio quoque dictionis sequentem
vocalem sequuntur, vt fa ctus, do ctus, a
gre stis. Secus est in alijs, quæ in princi-
pio simul iungi non possunt.

Per sæ non Pe rsæ: An gelus non a nge- 3
lus: nulla enim dictio neque Græca, ne-
que Latina incipitur ab rs neque ng.

Eiusdem nominis consonantes nunquã 4
in eadem syllaba cohærent, sed dirimun
tur tam scribendo quàm proferendo, fal
lo, cur ro. Neque enim recte diuidas sic;
fa llo, cu rro.

Nunquam syllaba in consonantem po-
test desinere, si sequens incipiatur à vo-
cali,

Atque hæc sunt, quæ mihi in præsentia
de vitijs, quæ in scribendo additione, de-
tractione, mutatione, & transmutatione
committuntur, dicenda succurrerunt.

Quæ non ijs scripsimus, qui longa exercitatione recte scribendi vsum consequuti sunt, sed ijs, qui loquẽdi scribendique insolentes, sermonis vernaculi morem in lingua Latina referunt.

Restat, vt eosdem admoneã, vti omnem scribendi modum, quæ cum patrij idiomatis orthographia conueniat, suspectũ habeant, ita enim cautiores facti, tãdem errare desinent.

Quin & illud animaduertendum, viros eruditos rarissimis vti in scriptura abbreuiationibus, quod vel in ipsis impressionibus apparet, quarum vt optima quæque est, ita paucissimis constat.

Neque obstat, quod quidam scribendi compendium sequuti, scribunt ꝙ & q̃ȝ, vt differant à relatiuis, quod & quàm.

Accentu peritiores ista distinguunt, non compendio, ad hunc modum, quòd, &, quàm, quando sunt coniunctiones.

Postremo, nec illud silentio prætereun-dum, quod ad orthographiam plurimũ confert recta pronũciatio. Neque enim recte scribere poterit, qui male profert. Nam sic scribendum quicque, quomodo sonat, vt inquit Quintilianus, nisi quod consuetudo obtinuerit. Hic enim est vsus literarum, vt custodiant voces, & velut depositum reddant legentibus.

FINIS.


NICHILSINECAVS